illi connexa inesse intelligibili: Deinde Deus non eodem modo intelligit creaturas possibiles, et essentiam Dei ab ipso primo intellectam: siquidem abstractive cognoscit creaturas pure possibiles, et intuitive suam essentiam: ergo similiter voluntas non eodem modo diligit suam omnipotentiam et creaturas possibiles: sed has propter bonitatem amat libere, et omnipotentiam necessario.

Ultimo confirmatur: nam amor, quo Deus de facto vult salutem reproborum est amor liber etiam necessariis sed salus reproborum inesse possibili habet necessariam connexionem cum omnipotentia divina: ergo ex necessaria connexione omnipotentiae divinae cum creaturis possibilibus non sequitur illas amari necessario, sicut amatur divina omnipotentia: minor constat, cum quaelibet essentia creabilis cum suum esse essentiale possibile connectatur cum omnipotentia divina.

Ad hoc argumentum respondeo distinguendo majorem: voluntas divina non necessitatur ad amandum obiectum non satiativum sui affectus, non satiativum: non necessitatur necessitate orta a meritis obiecti quod se dato majorem: non necessitatur necessitate subiectiva orta ab ipsa inclinatione voluntatis, nego majorem, et distincta minore nego consequentiam: quia etsi bonum finitum, et limitatum nullatenus adaequans capacitatem divinae voluntatis nullatenus possit ex se meritis propriis bonitatis obiective necessitare voluntatem ad sui amorem, cum solus bonitas infinita ex pretio suae exigentiae obiectiva necessario determinet voluntatem Dei ad sui amorem: caeterum voluntas Dei ratione suae subiectivae inclinationis ad suam infinitam bonitatem, et ad omne bonum necessario connexum aut coniunctum cum illa necessario debet trahi ad creaturas possibiles propter earum necessariam connexionem cum obiecto quod se satiativo voluntatis divinae, cuiusmodi est bonitas divina: unde necessitas amandi divina creaturas possibiles non oritur ex perfectione obiectiva huiusmodi creaturarum, sed ex earum connexione cum divina bonitate, et ex inclinatione divinae bonitatis, quae non potest non amare creaturas possibiles supposito quod perfectissime amet suam omnipotentiam reduplicative ut connexam cum huiusmodi creaturis: quia affectus, quo voluntas divina necessario tendit ad suam omnipotentiam non extenderet necessario ad esse possibile creaturarum, eiusmodi affectus non esset amor perfectissimus divinae omnipotentiae, cum in hoc casu non ama-

amaret ipsum modo perfectissimo, quo potest amari, sicut intellectus divinus intelligendo primo omnipotens intelligit illa comprehensive et perfectissime, sed secundario potest ad omne intelligibile necessario connexum cum divina omnipotentia.

Vel potest dici aliis terminis: sed voluntas divina non potest necessitari ad amandum bonum finitum non adaequatum suae capacitati necessitate speciei contra minorem: necessitate exercitii, nego minorem et consequentiam: quia licet voluntas divina solummodo necessitetur necessitate speciei ad suum primarium et motivum obiectum, cuius modi est bonitas divina satiativa suae capacitatis: ceterum necessitate exercitii potest necessitari ad bonum finitum et limitatum qualis est creaturae possibilis, quae non connexionis necessariae cum bonitate infinita primario et necessario amata bonitate divina necessario trahit eius amorem licet non primario, sed secundario.

Ad confirmationem recte concedendo minorem et negando minorem ad cuius probationem respondetur quod creaturae possibiles quatenus respiciunt a Deo in statu purae possibilitatis nullatenus cognoscuntur sub aliqua privatione boni ipsi debiti, sed solum intelliguntur a Deo sub reduplicatione praecise illo statu, sed solum intelliguntur a Deo sub reduplicatione ...

potest amari necessario necessitate orta ex meritis, aut plenitudine obiecti amati, sed ex subiectiva inclinatione ipsius voluntatis, quae per multoties necessario amare eundem obiectum sibi necessario propositum in eo obiecti amabilis, quin necessario amet aliud ipsi necessario connexum, licet necessitate secundaria

Ad 3. confirmationem Respondeo distinguendo maiorem, et negando minorem, ad eius probationem Respondeo negando totam et reddendo disparitatem: quia virtus Dei intelligendo in tertia scientia omnipotentiam solum modo potest intelligere creaturas possibiles cognitione abstractiva, quae etiam pure possibiles abstrahant omnino ab existentia exercita: et id circo repugnat creaturas pure possibiles aliter cognosci quam simplicis intelligentia, seu cognitione abstractiva: ex quo patet disparitas: quia esse pure possibiles supposito quod sint amabiles secundario amore secundario tanto ad Deum omnipotentiam habent ex terminos terminativos amoris necessarii: tum per eorum necessariam connexionem cum termino secundario amoris necessarii: tum etiam per necessitatem et omnimodam immutabilitatem earum in eo obiecti amabilis, quia ad amorem liberum ut distinctum ab necessario requiritur ut per entitatem actus amoris possit deficere amanti, ut contingit in amore elicito a voluntate creata, scilicet quod saltem, quod eius libere amatus possit deficere ut supra conclusimus: cum igitur creaturas possibiles Deus suam esse essentiale possibile nullatenus valeant deficere, neque etiam entitas actus, quo a Deo amantur. Hinc sequitur amorem Dei terminatum ad huiusmodi creaturas esse necessarium necessitate secundaria.

Ad 2. confirmationem Respondeo ex dictis in probatione tertiae conclusionis secundo maiorem, et negando minorem scilicet creaturas possibiles necessario originario ad Deum sistenti tertiae connexione cum omnipotentia, quia licet omnipotentia non dependeat in suo esse aut conservari a possibilitate obiectiva creaturarum: perfectio tamen et summa fecunditas divinae omnipotentiae exigit ut illi correspondeat per modum termini esse essentiale possibile creaturarum, et coniunctim saltem a posteriori requirunt creaturas possibiles ad existentiam omnipotentiae, amor autem secundario et per se tractus ad aliquod bonum necessario trahit ad illud quod connectit illi, quamvis non connectatur per modum

Cas, sed per modum sequuti, neque quia appetit necessario amicitiam specialis ut talis necessario appetit consequenter connexionem necessariam cum ante, et ideo dolet D. Thom. 1 p. q. 63 art. 3 quod si Angelus appeteret aequalitatem omnimodam cum Deo, seu ipsum esse Deum necessario appeteret sui ipsius destructionem, quia ad esse Deum per se qui parantis necessario sequitur non esse per prius Angeli, ac proinde necessario Deus amando suam omnipotentiam, et suam bonitatem ut amabilem ad extra per ipsam licet primo amatam amari necessario licet contrario esse ex tali parte creaturarum, sed per dependentiam omnipotentiae aut bonitati divinae ab huius modi creaturis, sed per sequelam necessariam earum ad esse omnipotentiae, et bonitatis divinae aliquid convenire divinae bonitati, ut correspondeat ipsi per modum non aliquid participativum ipsius, seu aliquid conformabile idest divini, ut supra observavimus. =

Ad ultimam confirmationem respondetur quod salus reproborum dicitur possibilis dupliciter: primo dicitur possibilis non divinae omnipotentiae, cui necessario connectitur, sicut quaevis alia creatura possibilis ratione cohaerentiae operatorum ex tali ratione cuius non repugnat illi existere existentia creabile ab divina omnipotentia: loquendo igitur de hac possibilitate salus reproborum habet complacentiam necessariam divinae voluntatis, sicut quaevis alia creatura possibilis per eius necessariam connexionem cum divina omnipotentia: 2º dicitur salus reproborum possibilis possibilitate respectiva desumpta a proximo, qua homines potuerunt consequi illam per auxilia creata, et sufficientia quae de facto quilibet homo quantumvis reprobus potest salvari seu salutem consequi: quod igitur communiter dicitur a theologis Deum velle libere et necessario salutem reproborum, sic debet intelligi de salute ipsorum per ordinem ad auxilia libere creata a Deo, quia Deus conferendo libere reprobis auxilia sufficientia ad consecutionem salutis, libere vult salutem esse ipsis possibilem: unde amor divinus a salutem hoc modo sumptam est liber: et a mire efecti vero non auxilium quae de facto producit, et prout a effectus eius secundum non efficax non salutis consequendae cum effectu et efficaciter non confert existentem salutis: sed solum modo per illam consequendam. =

Vel dicatur salutem reproborum prout terminantem amorem liberum inefficacem Dei non tam ad ipsum ut pure possibilem, sed ad eius existentiam ut futuram conditionate, et coerent

eiusmodi amor non est amor naturalis sed liber, licet inefficax, quo
existentia salutis ut futura futuritione absoluta aut conditionata
non vario convenit, ad dictam oppositionem sicut est illius possibilitas in statu purae possi-
bilitatis.

Ex dictis in dis[cur]su dubii colligitur 1° complacentiam
naturalem, qua deo complacet esse et statum possibilem creaturarum potius
esse compatibilem in deo cum decreto libero, quo deus libere vult
non conferre ipsis actualem existentiam, quia deus volendo creaturis
possibilibus non esse existentiam actualis non odit ipsas, sed propter ordinem
suae divinae sapientiae, ut ostentationem suae liberalitatis denegat
creaturis possibilibus, quorum esse et statum possibile sibi complacet
bonum existentiae ipsis possibiliter collabile, sicut iudex et illi
cuius subiectum esse naturale ipsi complaceat, vult libere et efficaciter illum
privare vita propter amorem iustitiae, et non ex displicentia naturae
humanae cuius se, quapropter sicut deus puniendo homines peccato-
res, et denegando illi efficaciter bonum beatitudinis ipsi
possibile non odit esse naturale hominis, sed potius diligit in hoc ordinem
suae iustitiae: ita deus efficaciter volendo creaturis possibilibus
negationem existentiae exercitae non odit esse et statum possibile ipsarum
sed potius vult in ipsis affective a se dilectis servari de fac-
to ordinem sapientiae dispositum sapientia divina: legatur
divus Thomas contra gentiles lib. 1 cap. 96 ubi ostendit in deo non
reperiri affectum odii ex parte sumpti, quia et si multoties
velit aliquibus creaturis privationem boni particula-
ris, non tamen vult ipsis eiusmodi privationem redupli-
cative ut malum ipsarum, sed ut bonum conveniens perfectioni
universi aut ordini suae iustitiae et sapientiae. =

2° colligitur:

amorem illum simplicis complacentiae, quo deus afficitur
creaturis possibilibus, quibus de facto libere et efficaciter denegat conferre
bonum existentiae exercitae non esse amorem simplicitate et per-

125

perfecte supponitur, sed quaedam amoris a[...] imperfectiora perfectione obiectiva, quia amas diligens amore perfecto, et simpliciter tali aliquod obiectum vult illi efficaciter bona ipsi possibilia: sed Deus non vult creaturis possibilibus bonum existentiae, sed potius negationem ipsius, ac proinde sicut Deus dicitur non diligere amicabiliter, et perfecte hominem peccatorem, licet complaceat illi eius esse naturale, quia denegat illi suam gratiam, ita proportionabiliter dicendum, non dicitur Deum amare aut velle simpliciter et definitive creaturas possibiles, quibus libere et efficaciter denegat conferre existentiam, sed solummodo diligit illas dilectione inefficaci, et pure affectiva: quae solum dicitur dilectio, aut amor secundum quid, scilicet addito diminuente, quatenus respective ad amorem effectivum aut efficacem, censetur actio non esse amor, licet vere et realiter sit complacentia simplex.

8 Quæstio Theologica. 126

Utrum Sacra Theologia sit habitus scientificus quoad substantiam supernaturalis?

Primo inquiritur.

An supposita eius supernaturalitate sit scientia infusa, vel nostris actibus adquisita?

Ante resolutionem huius quæstionis aliqua sunt præsupponenda: primo suppono Sacram Theologiam esse habitum intellectualem realiter distinctum á fide infusa, et supernaturali, quod constat ex D. Aug. lib. 14 de Trinit. cap. 1 docente Theologiam esse scientiam, qua fides saluberrima gignitur, et defenditur, et roboratur: ubi M. Aug. distinguit inter scientiam Theologicam, et fidem, ac proinde inepte discurrit Scotus in 3 dist. 24 q. unica existimans Dei cognitionem, et sacram Theologiam in viatoribus non distingui realiter á fide infusa, qua fideles inclinantur ad credendum mysteriis credibilibus. Secundo suppono Sacram Theologiam, qua DD. Theologi discurrunt circa mysteria supernaturalia esse digniorem, et certiorem reliquis scientiis naturalibus, eo quod ut docet D. Thom. 1 p. q. 1 art. 1, 2 et 5: certitudo sacræ Theologiæ á supernaturali omnium certitudinis scientiarum naturalium, et idcirco Theologia habet certitudinem supernaturalem, quatenus innititur lumini superiori, sed supernaturali, cuiusmodi est lumen fidei, ceterum lumini rationis naturalis, sicut reliquæ scientiæ pure naturaliter discurrentes. Tertio suppono Sacram Theologiam distinctam á fide infusa esse habitum discursivum, seu argumentativum, ut docet D. Thom. 1 p. q. 1 art. 8 in corpore, ubi affirmat Theologiam discursive procedere ex principiis fidei probando conclusiones ex illis deductas, vel argumentando ex uno articulo fidei ad ostendendum alium, sicut D. Paulus theologizando probavit resurrectionem omnium mortuorum ex resurrectione Christi Domini. Quarto et ultimo suppono Sacram Theologiam distinctam á Metaphysica et reliquis scientiis adquisitis esse supernaturalem saltem radicaliter, et extrinsece, aut connotative. Certum enim est et constans apud omnes Theologos Theologiam præsupponere fidem supernaturalem, cuius principia, ex quibus procedit discursus pure theologicus, non sunt principia cognita lumine pure naturali, sed principia credibilia lumine supernaturali fidei, ac proinde nequit probabiliter dubitari Theologiam esse aliquomodo dependentem á principiis supernaturalibus, et idcirco illam esse supernaturalem saltem extrinsece, aut connotative: solum igitur in præsenti oportet examinare, an Sacra Theologia, qua Ecclesiæ DD. et Magistri theologice discurrunt de Deo, et de divinis mysteriis argumentative disputando de veritatibus theologalibus sit habitus quoad substantiam et entitatem intrinsece supernaturalis. Unde necessarium est primo resolvere quæstionem, tum de supernaturalitate intrinseca et supernaturali habitus Theologiæ: qua supposita inquiritur an eiusmodi habitus sit adquisitus actibus humanis, vel á Deo nobis infusus: eodem pacto quo virtutes morales supernaturales, et gratiæ habitualis dona, et reliqua principia supernaturalia divinitus á Deo

p se infusa esse adquisita aut causata nris actibus. Circa igitur resolutionem propositionis quae in duas diuisi est in duas priales quaestiones. Extrema oppositas. 1a affirmat sacram Theologiam esse habitum intellectualem intrinsece quoad substantiam, et solummodo illam esse supernaturalem notatam aut exstrinsece quatenus praesuppositam requirit fidem infusam, aut supernaturalis ad hoc ut possit Theologum fiat naturali discursu de veritatibus theologicis: hanc sententiam tenent aliqui Thomistae, et quibusque illi subscribunt. M Nauarrete de Arte 8. Mag Ioannes a S Thoma in prooemialibus Theologiae disputatio 4. Curiel art 6, quibus adhaerent plures Iesuitae, praesertim Arrubal Vasquez, Granados. 2a sententia asserit sacram Theologiam esse simpliciter supernaturalem quoad substantiam, et entitatem intrinsecam. Ita discurrunt Cano de locis lib 12, Herrera, Arriaga, Meriales, et nuperrime Mag Lesana, Mag Ferre, M Ildephonsus Michael, et plures PP Iesuitae. Auctores, a, huius sententiae etsi conueniant asserendo Theologiam esse supernaturalem quoad substantiam, diuiduntur tamen, nam alii existimant illam esse supernaturalem adquisitam nris actibus. Alii absolute affirmant Theologiam habitum supernaturalem p se infusum nullatenus causari effectiue a humanis actibus, sed esse habitum p se infusum a Deo: horum, a, iudicium, quod huic sententiae consonat, resolutorie ppendi sequentibus assertionibus. 1a conclusio, sacra Theologia est scientia habitualis simpliciter supernaturalis quoad substantiam, et entitatem. Quae conclusio probatur 1o ex Dd locis ubique allegatis, quia certitudo supernaturalis ei conuenit non naturalis quoad substantiam, et entitatem: sed ut constat ex verbis Dd certitudo sacrae Theologiae est certitudo supernaturalis, seu certitudo ex eadem ontis certitudinis naturalis, etiam euidentis, quia innititur lumini superiori, aut supernaturali: ergo habitus Theologiae est entitas supernaturalis cum sit impossibile habitum entitatem naturalem esse certum certitudine supernaturali deriuata a principiis supernaturalibus. 2o probatur ratione: intrinseca supernaturalitas cuiuscumque habitus intellectualis sumitur ab supernaturalitate sui obiecti specificatiui: sed obiectum p se specificatiuum sacrae Theologiae est quid intrinsece supernaturale: ergo habitus Theologiae est entitas supernaturalis: maior supponitur, et constat discurrendo de reliquis habitibus ordinis supernaturalis: eatenus enim virtutes Theologales fidei, spei, et charitatis, et habitus prudentiae infusae cum reliquis virtutibus moralibus p se infusis sunt absolute, et simpliciter supernaturales quoad substantiam, quia inclinant ad obiecta specifica ordinis supernaturalis. Et minor probatur 1o ex D Thoma 1 p q 1 art 7 in corp, ubi docet obiectum proprium, et specificatiuum sacrae Theologiae esse Deum, sicut obiectum visus est coloratum: sed certum est Deum Deum sub ratione Deitatis esse quid intrinsece supernaturale: ergo obiectum proprium, et specificatiuum sacrae Theologiae est ens intrinsece et p se supernaturale. Dices cum Aduersariis ad supernaturalitatem intrinsecam alicuius habitus non sufficere tendentiam ad obiectum entitatiue supernaturale, sed insuper requiri, quod modo supernaturali illud attingat, mediante medio supernaturali: cum igitur sacra Theologia licet tendat ad Deum

Dey & M, et ad alias veritates ordis suplis, si tamen discur-
rat de huiusmodi veritatibus per media suplia, sed tantummodo per
discursy naaly, hinc infertur Theolog. esse hidy, entamen naaly,
q. rao sub qua pore assentitur veritatibus suptis é naalis dis-
cursus innixus bonitati cons., qua conclusio infertur ex priis. Non
ìnquq. satisfacit hec solo, qua Adversarij contendunt suo funda-
mento occurrere, et iduco reitur 1.o ng ad suptis indig, et entang hitus
suffit tendere ad obiy suple modo supli attingy, ut concedunt Adversarij:
sed sacra Theoria reddita á reliquis suis inferioribus si soly discurrit
de Deo, et de suis attributis, et de ceteris veritatibus suptis, verij etiq modo
supli de illis pertractat: g.o assensy é illg esse siig supls quoad subsg.
maior suppti á Ctris: et minor pbr: ng actu attingens obiy suple sub
motivo supli illud attingit modo supli, utp se pt, ideo enj assensus fidei
infus. si soly p se trah ad Dey authorg suple, verij etiq trah, verij etiq mo-
do supli illy attingit, q. motiuy frale, sub quo huiusmodi assensus é
suple, scilicet revelao divinae veritatis: sd motiuy frale sub quo Theo-
logia discurrit de veritatibus Theologis é quia suple, cy certitudo assen-
sus theorici innitur tanquq motiuo frali medio assumpto in pmissis,
quae supponuntur á Contrariis esse pria suplia fidei, ng quemadmodum dy
discursus scientificus sicuy naaly assentitur cy conclusionibus naabus ...
eary connexionis cy medio contento in priis cognitis lumine naali,
ita discursus theologalis assentit conclusionibus deductis ex priis lu-
mine fidei ppter eary connexionis cy medio supli contento in pmis-
sis, seu priis cognitis lumine supli fidei infuse: g.o motiuy frale sub
quo sacra Theor. theoge assentitur conclusionibus theologicis é quid
suple, et iduco Theor. naaly attingit obiy suple, verij etiq modo
supli de illo discurrit, et ideo necessy é asserere illg esse siig supls
quoad moy, et subsg. 2.o reitur eadq solo, eatenus Metapha licet
disserat de Deo, qui Dy se é ens suple, si é scia suplis quoad subsg,
q. Dey attingit utrobilis p effus naales, et iduco medy, aut motiuy
discursus Metaphy circa Dey é nisi pure naale, ex quo sequitur
hidy discursivy Metaphy esse naaly, et etiq actuales discursus: sd ra-
cio Theor. si theologizat, nec discurrit de Deo, nec de eius attribu-
tis, nec de mysteriis suptis p aliquos effus visibiles aut naales, sd pp-
cisa innitur divy, et supli revelai ad certitudinatq iudicandy de rebus
theologicis, ut supponunt Authores Theg inter quos nobis Contrarij, qui
docent affirmant cy Dey D considerans Theolog. et differe á Metapha
si trah ad Dey ut authorg naaly p effus pure naales, sd solummodo cy
p se attingere Dey, et diuina mysteria ut suptes revelata, cy oes Theo
unanimiter supponant motiuy frale assentiendi theoge veritatibus suptis
esse revelaq diuy mediate et virtualiter illas revelantq inpriis, aut
articulis fidei: g.o si sacra Theor. si innititur motiuo naali, nec pro-

nec procedit ex aliquo medio, aut effectu reali ad sufficere theologizan-
di de Deo, et de caeteris veritatibus supernaturalibus, sed potius vice versa innititur
medio, aut motivo ordinis supernaturalis, necesse est concedere illum esse simpliciter super-
naturalem quoad substantiam, licet fuisset entitative realis nequeat tendere ad ob-
iectum motivum, et directum ordinis supernaturalis, alioquin verificarentur omnes virtu-
tes infusae tam intellectuales, quam morales esse habitus reales quoad sub-
stantiam, et entitatem, quo nihil absurdius potest excogitari. Ad primum vero in aliis so-
luo: negando ideo Adversarii existimant theologiam esse simpliciter entitative realem,
quia discursus, quo infert conclusiones theologicas ex praemissis, aut principiis supernaturalibus
fidei est realis: sed falsum est discursum theologi inferendo conclusiones theologicas
ex aliqua praemissa, aut principio supernaturali esse entitative discursum realem: quia multa
vae potest persuaderi sacram Theologiam esse habitum entitative realem: quoniam discursus
intellectualis procedens ex praemissis, aut principiis supernaturalibus est entitative
supernaturalis: sed discursus, quo theologus infert conclusiones theologicas, pro-
cedit ex principiis supernaturalibus, nimirum ex articulis fidei supernaturalis, ut fatentur adversarii:
ergo huiusmodi discursus est entitative supernaturalis, et consequenter requirit concursum ab ha-
bitu diverso entitative reali. Nec obstat Adversariorum effugium
asserentium praemissas supernaturales, nimirum ut articulos fidei infusae non concurrere
ad conclusiones theologicas ex illis deductas ut supernaturales, sed ut applicatas per artem syl-
logisticam, et consequenter discursum theologicum non inniti principiis supernaturalibus ad
inferendas conclusiones theologicas, sed supposita earum ipse conclusiones ex illis
inferat via dispositionis artificialis syllogisticae, qua ordinando, et dispo-
nendo ad verum illas tunc sequitur discursus theologi inferendo aliquas
conclusiones non causari immediate a praemissis, aut principiis supernaturalibus, aut
veritate plane supernaturali, sed ut applicatis per dispositionem realem artis syllogisticae,
ad quod ... facilis patet, cui innititur discursus theologicus non est aliquod supernaturale,
sed medium pure reale, nimirum syllogistica dispositio, qua ordinantur
principia supernaturalia, ut medio reali sint illatura conclusionis theologicae. Non,
inquam, satisfacit haec solutio. Primo quia discursus Theologiae theologice infe-
rens conclusiones ex principiis supernaturalibus fidei licet exercite praesupponat easdem praemissas
esse artificialiter dispositas, aut applicatas arte syllogistica, non tamen procedit ab
huiusmodi dispositione artificiali ut a motivo, et medio formali assentiendi conclusionibus
theologicis, sed a medio entitative supernaturali: ergo discursus sacrae Theologiae theologice
inferens etc. Probatur antecedens: motivum formale proximum assentiendi conclusionibus theologicis illa-
tis ex principiis fidei supernaturalibus est medium theologicum assumptum in praemissis: sed huiusmodi
medium non est dispositio syllogistica, aut logica, sed aliquid supernaturale reddens iden-
tificatum, aut connexum cum praemissis supernaturalibus fidei: ergo quamvis discursus, quo
Theologus theologizat circa conclusiones theologicas deductas ex principiis supernaturalibus sup-
ponat ut conditionem exercitam dispositionem artificialem syllogisticam, non tamen
innititur huiusmodi dispositioni ut motivo formali suae certitudinis, sed medio pure
supernaturali: probatur minor: nam proportionaliter discurrendo quemadmodum medium theolo-
gicum assumptum in praemissis supernaturalibus Theologiae concurrit ad discurrendum

discurrendi sufficit de conclusionibus theologicis, ita medium philosophicum assumptum a philosopho naturali in praemissis naturalibus concurrit ad sufficienter discurrendum de conclusionibus deductis ex principiis naturalibus: sed causa est motivum formale, cui innititur certitudo discursus naturalis aut philosophici esse medium naturale assumptum in principiis, aut praemissis naturalibus, et non artificialis dispositio artis Dialecticae, si enim certitudo sufficiens discursus physici, aut alterius scientiae naturalis innitteretur dispositioni artis sylogisticae tanquam motivo formali assentiendi conclusionibus deductis ex propriis principiis huiusmodi discursus non assentiret certitudinaliter veritati conclusionis deductae, sed praecise bonitati consequentiae, et tunc non esset quoad substantiam discursus philosophicus, sed dialecticus, ad quem spectat iudicare de certitudine, rectitudine, aut bonitate consequentiae, et non de veritate conclusionum primarium ad alias scientias: ergo motivum formale proprium, cui innititur discursus theologicus ad assentiendum conclusionibus deductis ex articulis fidei supernaturalis est medium supernaturale, et tunc iste modus discursus est actus entitative supernaturalis, cum non solum tendat ad obiectum supernaturale, verum etiam procedat ex supernaturali motivo. Confirmatur magis, quemadmodum Theologia ut speculativa est discurrit de conclusionibus theologicis illas deducendo ex principiis supernaturalis lumine superiori cognitis, exercite utitur arte sylogistica ad recte inferendum huiusmodi conclusiones, ita prudentia infusa quatenus practice discurrit de operabilibus, exercite utitur huiusmodi arte, cum nullus discursus speculativus, aut practicus certitudinaliter concludat sine dependentia a dispositione sylogistica tanquam a conditione saltem exequita: sed, quod motivum, aut medium, quo regulatur prudentia infusa ad practice discurrendum de operibus humanis est quid supernaturale, eius discursus evadit simpliciter et intrinsece supernaturalis: ergo similiter si motivum formale, cui innititur certitudo discursus theologici est medium theologicum et supernaturale, ut supra dicimus, necessum est concedere illum esse actum entitative supernaturalem, et tunc iste modus discursus Theologicus esse eiusdem ordinis supernaturalis; quia actus entitative supernaturalis sequitur effective procedere ab habitu non supernaturali quoad substantiam. Dicemus tandem eadem solutio, si cognitio discursiva Theologica, qua theologus iudicat de conclusionibus theologicis, est cognitio naturalis quoad substantiam, aut immediate specificata ab aliquo motivo naturali, cuiusmodi est ars sylogistica, nequiret participare certitudinem supernaturalem utpote excedentem omnem certitudinem naturalem atque evidentiam, cum a motivo naturali nequeat participari certitudo simpliciter supernaturalis: sed ut constat ex doctrina D. Thomae, quam supra adduximus, cognitio procedens ab habitu Theologico est maxime certa certitudine supernaturali participata a principiis supernaturalibus: ergo secundum doctrinam D. Thomae oportet concedere discursum proprium theologicum a sacra theologia elicitum causaliter esse actum quoad substantiam supernaturalem. Ideo talis certitudo non esse innixa dispositioni artis sylogisticae, aut alicui medio naturali ut opposito causae, vel motivo formali.
Contra probatur assertio, ut supponunt contrarii sic: sacra Theologia est mere scientia subalternata

lumini superioris ordinis supernaturalis: sed scientia entitative naturalis nequit per se subalternari, aut subordinari lumini superioris ordinis supernaturalis: ergo concessa subalternatione sacrae Theologiae vero luminis supernaturalis, necessario debet concedi illam esse absolute, et simpliciter supernaturalem: maior supponitur ab ipsis sequacibus Dis affirmantibus sacram Theologiam in viatoribus per se subalternari scientiae beatorum, et lumini supernaturali fidei et subsistito ipsius probationis statui: sed certum est tam scientiam Beatorum, quam fidem infusam esse lumina entitative supernaturalia: et minor probatur: scientia inferior per se subalternata alteri, scilicet lumini superiori per se dirigitur cum illa, cum in quibuscumque vero scientia subalternata per se, et ab intrinseco exigat continuari cum scientia subalternante: sed scientia entitative naturalis nequit per se et ab intrinseco connecti cum lumine superiori supernaturali, cum iuxta nostros Theologos est quod supernaturale quoad substantiam sit simpliciter supernaturale exigendum et connectivas naturalis cuiusvis principii naturalis: ergo inconsequenter discurrunt DD. existimantes sacram Theologiam esse habitum entitative naturalem, et insuper affirmantes illam per se dirigi cum lumine supernaturali fidei infusae, aut scientiae beatorum, cum iuxta veriorem Theologorum nullum ens naturale per se et ab intrinseco habeat exigentiam, qua intrinsece petat dependere a principio supernaturali, aut cum illo connecti.

Confirmatur 1º sacra Theologia Quia per se conducit saltem dispositive ad conservationem fidei infusae, et ad eius defensionem contra impietatem hereticorum: ergo erit scientia supernaturalis quoad substantiam: ans constat ex August. loco citato, qui lib. 14 de Trinit. asserit sacram Theologiam esse illam, qua fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, et roboratur: con. probatur: nihil entitative supernaturale potest esse dispositio positiva per se deducens ad conservationem, aut ad augmentum fidei supernaturalis, cum dispositio per se deducens ad esse, aut conservationem alicuius formae sit eiusdem cum ipsa, et ideo DD. Catholici torqueter docent contra Semipelagianos nullum opus naturale posse per se conducere per modum etiam dispositionis, positive aut remote, ad iustificationem supernaturalem: ergo si sacra Theologia est actio qualiquis scientia per se naturalis per se ordinatur saltem dispositive ad conservandam, nutriendam et defendendam fidem supernaturalem, oportet concedere illam esse scientiam entitative supernaturalem.

Confirmatur 2º nam D. Thom. 2. 2. q. 9 art. 1 ad 3 ideo dona intellectus, scientiae, sapientiae, et consilii, cuiusmodi sit dona supernaturalis, et sunt, et praeter gratiam data ad solidas equidem excitanda principia supernaturalia, quia per se deserviunt fidei supernaturali, aut ordinantur ad illam confirmandam: sed etiam constat ex dictis sacram Theologiam dispositive deservit fidei supernaturali, cum per illam explicentur et defendantur mysteria supernaturaliter credibilia: ergo si reliqua per se deservientia conservationi fidei infusae sit habitus intrinsece supernaturales, similiter erit sacra Theologia, cum hec scientia per se deserviens fidei supernaturali, seu quae nutritur, defenditur et roboratur.

Urgetur magis: sicut electio mediorum inappetibilium ordinis ab intrinseco finis, et actus consilii discursivus circa eundem ordinem a priori, scilicet per premissas in linea intelligibili: sed electio per se causata a supernaturali intrinsece finis supernaturalis, nequit esse entitative naturalis, nec procedere eliciua ab habitu electivo naturali: ergo nec consilium

nec cogitio discursiva per se causata à prius suppositis lumine supernaturali cognitis potest esse cognitio intrinsece naturalis, nec causari ab habitu discursivo pure naturali: sed utique constat cognitionem discursivam sacrae Theologiae procedit arguitive ex prius suppositis supernaturaliter cognitis, lumine superiori fidei, aut scientiae beatae: ergo concedi debet illum esse discursum entitative supernaturalem. Maior constat ex communi adagio Philosophorum asserentium eodem pacto comparari finem ad media ipsi subordinata in appetibilibus, ac principia ad conclusiones in speculabilibus, ac proinde sicut electio medii spectatur ab intentione finis, eique conformatur, ita cognitio conclusionis deducta ab aliquo principio spectatur à cognitione ipsius, illique proportionatur quoad naturale, aut supernaturale: unde patet exemplo: ideo electio procedens à temperantia infusa circa media ordinata ad finem supernaturalem, est electio entitative supernaturalis, quae procedit ab interiore supernaturali quatenus Charitas supernaturaliter amat eiusmodi finem: et exemplo patet: eatenus virtutes electivae mediorum supernaturalium, cuiusmodi sunt virtutes morales infusae sunt entitative supernaturales, quatenus subordinantur seu Charitati supernaturali, quae supernaturaliter attingit finem praespectans huiusmodi media: sed ex doctrina communi Thomistarum habitus discursivus Theologiae sufficienter attingens conclusiones theologicas per se subordinatur lumini superiori supernaturaliter cognoscenti principia supernaturalia: ergo sicut habitus electivus medii sub motivo supernaturali Charitatis est entitative supernaturalis, ergo noster Theologiae habitus sub motivo supernaturali discurrens de conclusionibus Theologicis erit supernaturalis quoad substantiam.

2.a assertio

Habitus sacrae Theologiae nullatenus quoad substantiam est adquisitus, aut effective causatus nostris actibus; sed simpliciter est per se infusus, vel, à Deo immediate causatus.

Quamvis communior sit inter nostros Thomistas asserentes habitum sacrae Theologiae esse entitative supernaturalem sed affirmantes illum esse habitum adquisitum, aut causatum nostris actibus, ceterum nostrae assertioni subscribunt aliqui Discipuli Divi Augustini, praesertim Magister Ildephonsus Michael in 1 p. q. 1: quia igitur suppositio supernaturalis indicia sacrae Theologiae videtur magis conformis principiis à nobis monstratis, et Divus Augustinus illum esse scientiam infusam propugnamus. Et probatur 1.° ex Augustino ... 1 p. q. 1 art. 1 qui loquens de Sacra Theologia praedicta á reliquis scientiis, aut disciplinis naturalibus testimonio Divi Pauli 2 ad Timoth. 3 affirmat illum esse scientiam à Deo supernaturaliter infusam his verbis: omnis scriptura, aut doctrina divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum ad erudiendum ad iustitiam, utile igitur est praeter scientias naturales acquisitas esse aliquam scientiam divinitus inspiratam: quibus Augustinus ... absolute docet Theologiam esse utilem populo Christiano, invenitur quae est divinitus inspirata: sed scientia divinitus inspirata non est habitus adquisitus humana industria, sed per se in-

fusus, cum idem sonet esse divinitus inspiratum, ac esse supernaturaliter infusum: nam inspirari à Deo et ab ipso superinfundi sunt pene synonima, et idem dicit: 1.° Idem D. Thomas sacra Theologia est recedum eorum naturae supplis. sed hiis ? esse infusus.

Respondebunt Adversarii Thomas D. non fuisse loquutum de habitu discursivo, aut scientifico Theologiae sed precise de cognitione fidei supernaturali quae non acquiritur nostris actibus, sed divinitus inspiratur, aut infunditur fidelibus. Quae quam obiicio 1°. Thomas D. ibi aperte loquitur de scientia sacra, quae discurrit theologice de mysteriis supernaturalibus revelatis acceptis: sed huiusmodi scientia est scientia sacra Theologiae strictè sumpta ut distincta à fide infusa: ergo D. Thomas ibi loquitur de Theologia sacra, quae est scientia discursiva, et subordinata fidei supernaturali: maior constat: nam D. Thomas ibi loquitur de scientia utili, et ipsa ordinata ad docendum populum fidelem, aut ad dam, et ad arguendum contra infideles: sed scientia doctrinaliter docens, et explicans mysteria supernaturalia, et arguens contra infideles est illa, quae theologice de veritatibus supernaturalibus revelatis utitur: ergo etc. minor constat: lumen intellectuale fidei infusae ut distinctum à lumine scientifico Theologiae non est habitus discursivus, ut docent communiter Theologi contra Scotum et alios affirmantes fidem supernaturalem esse habitum discursivum: ergo cum scientia, de qua loquitur Thomas D. affirmans esse divinitus inspiratam, sit doctrinalis, argumentativa, et ideirco discursiva, cum sit arguere, aut discurrere, sequitur illam esse sacram Theologiam strictè acceptam, et non lumen supernaturale fidei infusae. Deinde non secundo. Thomas D. agens de eadem scientia, aut doctrina sacra, de qua loquitur in 1 art., et quam ait esse scientiam divinitus inspiratam, inquirit in art. sequenti, an sit scientia strictè sumpta, an una scientia, an sit practica, an dignior reliquis scientiis, et art. 8 quaerit an sit argumentativa: sed certum est, et indubitatum apud fere omnes DD. et unanimiter apud Nostrates, D. Thomam in his sequentibus articulis non fuisse loquutum de fide infusa, sed de scientia sacra Theologiae strictè sumptae, quae ex principiis fidei theologica, et discursive deducit conclusiones theologicas: ergo cum in aliis articulis loquatur de vera Theologia vera scientia discursiva et argumentativa, de eadem in 1.° loquitur, et non de lumine fidei infusae.

Eadem conclusio ex eodem Thoma Mag. in 1 dist. 1 q. 1 art. ad 2 et 3 eiusdem quaestionis quaestiuncula 2 in corpore ubi docet sacram Theologiam esse infusam his verbis: Unde haec sacra doctrina magis divina dicenda est, quam Metaphysica, quia est divina quantum ad subiectum, seu obiectum, et quantum ad modum accipiendi: metaphysica autem quantum ad subiectum tantum: sed eatenus aliqua scientia dicitur divina quantum ad modum accipiendi quatenus accipitur à Deo per infusionem, et non modo humano acquisitum: ergo aperte sentit Thomas Mag. sacram Theologiam esse scientiam divinam non solum quia tractat de Deo ut proprio

pprij obiij, verij etiã q.o diuiditur creato á Deo p infusionẽ. Conf.
alio testimonio eiusdẽ in 2 sent q 2 art 5 asserentis sacrã Theol.
á Deo eẽ infusã: pria huius sciẽ sunt p revelationẽ accepta, et ideo
modus accipiendi ipsã ẽ revelatiuus ex parte infundentis sicut con-
tingit in revelatione Prophetarum, et acquisitiuus ex parte recipientis. q.o
parificat lumen propheticũ cũ lumine sacræ Theol. asserens ipsũ
ipsũ á Deo revelari et infundi, sicut lumen propheticũ, ideirco ñ adquiri
ñris actibus, sed á Deo postulari ñris actibus: q.o iuxta Ang. D. lumẽ
ẽ Theol. sacra á Deo immediate infusa. Probatur conclusio ratione:
habitus sacræ Theol. ut supponunt Adversarij, ẽ ex suo ge. et ex parte habitus
supnlis quoad substantiã: sed nullus habitus ordinis supnlis quoad substantiã pot
effectiue causari ñris actibus: q.o supposita supnta sacræ Theol. intrinsica ra-
tio erit habitus infusus: probatur minor: q.o habitus supnlis quoad substantiã in linea
supnli habet rationem potentiæ verè propriæ supnlis, ad quam eleuat rationem, et in hoc
distinguitur á habitu entitatiue naturali, quod habitus naturalis tantummodo praestat
quandam facilitatem operandi naturaliter, quin tribuat posse simpliciter ad
quandam facilitatem operandi naturaliter, quin tribuat posse simpliciter, qui
operandum; supnlis v.o tribuit oppositum, ad quod eleuat, confert posse simpliciter, qui
ipse supponat ex parte subiecti potentiã propriã absolutè potentem ad supter operandum
iuxta illud D. Thomæ: sed illud prius, quod in linea operandi habet absolute
rationem potentiæ operatiuæ nequit effectiue adquiri humanis actibus, cum ex sup-
pat aliud prius operatiuũ, á quo possit causari, alioquin ñ praestaret posse
ad operandum, sed praecise quandam facilitatem, aut expeditionem: q.o si habitus
supnlis entitatiue habet rationem potentiæ in linea supnli nullatenus poterit cau-
sari actibus humanis, et consequenter necessariũ ẽ á Deo ut authore supnli infun-
di: maior constat: ideo enĩ in ordine naturali humana industria, aut
exercitio actuũ ñ acquiruntur potentiæ naturaliter operatiuæ: q.a praestant simp.
posse ad operandum, s. potentia intellectiua posse ad intelligendum et discurren-
dum intellectualiter, et sic de alijs: q.o in quocumq. ordine siue naturali, siue
supnli pria operatiua, quæ in linea operandi habent rationem potentiæ praestantis
posse simpliciter ad operandum, nequeunt effectiue adquiri ñris actibus,
cum exercitium actuũ tantum possit praestare subiecto operanti facilitatem
et expeditionem ad operandum. Conf. hæc ratio: ñ minor virtus, aut acti-
vitas requiritur ad productionem habitus supnlis, quam ad eius augmentum, ut patet.
sed habitus entitatiue supnlis nequit effectiue augeri p actus ab ipso procedentes,
ut docent Thomistæ unanimiter docentes habitum infusum Charitatis, et
reliquos ordinis supnlis ñ augmentari effectiue p suos actus, sed solum dis-
positiue, ut alia loco, eo q.a intrinsecum augmentum huiusmodi habituum ẽ aliquid supnle
habituale, et ideirco solum effectiue causabile á Deo: q.o si augmentum habitus
supnlis repugnat ñris actibus effectiue produci, potiori titulo implabit [illegible]
et substantialis productionis alicuius habitus supnlis eẽ effectiue causatum exercitio.

humanarum actionum. 2º const: iuxta doctrinam Adversarii habitus supernaturalis Theologiae potest adquiri variis actibus, quamvis alii habitus ordinis supernaturalis non acquisiti, sed infusi, quia illa supponit aliud prius signum supernaturale, a quo pendet super causam, nimirum lumen supernaturale fidei, ac proinde quemadmodum habitus scientiae naturalis generatur naturaliter a potentia naturali in virtute luminis naturalis primorum principiorum naturalium, ita existimant Contrarii habitum discursivum supernaturale generari per actus discursivos supernaturales superadditos procedentes a lumine supernaturali fidei: sed ex suppositione luminis supernaturalis fidei ad sacram Theologiam non sequitur illam esse habitum acquisitum actibus supernaturalibus fidei, vel alterius luminis creati: ergo. Probatur. Contraria falso innititur principio, nam quemadmodum ad discursum theologicum praesupponitur lumen supernaturale fidei infusae, ita ad eligendum media supernaturalia per se adhibenda supernaturaliter ordinata supponitur Charitas supernaturalis, aut infusa, quia sicut Theologus ut discursive et superius theologizat circa conclusiones theologales necessario praeexigit connexionem fidei, quae cognoscat principia supernaturalia, per huiusmodi conclusiones subordinandas, sic eligens operans circa media supernaturalia praerequirit, ut superius eligat, intentionem supernaturalem, qua superius intendat finem supernaturalem, procedentem a charitate infusa, cum universaliter verificetur electionem oriri ab intentione finis, sicut discursus scientificus a connexione principiorum intelligibilis: sed licet praesupponatur electioni mediorum supernaturalium Charitas infusa, et eius intentio circa finem non sequitur dari de facto aliquem habitum acquisitum electivum supernaturalem effective causatum actibus Charitatis, cum sit certum apud Theologos virtutes morales electivas mediorum supernaturalium esse virtutes infusas a Deo: ergo non recte deducitur ex suppositione luminis supernaturalis fidei sacram Theologiam esse habitum acquisitum: maior constat cum minor, etiam videtur certa: ideo de facto virtus electiva mediorum est infusa, quia in ordine ad eligendum superius habet eandem rationem, scilicet praestantiam per se simpliciter respectu electionis prudentialis mediorum supernaturalium, sed habitus supernaturalis Theologiae praestat per se simpliciter adhaerere superius discurrendum de conclusionibus supernaturalibus deductis ex principiis fidei, cum sit omnino respectu universalis habitus supernaturalis esse eandem virtutem eliciendi actus, ad quos dedrat: ergo sicut virtus supernaturalis electiva mediorum supernaturalium eadem praesupponat charitatem supernaturalem non causatur effective, nec per se per actus Charitatis, nec per alios actus ordinis supernaturalis, sed per se infunditur a Deo cum subordinatione ad Charitatem, ita sacra Theologia quamvis praesupponat fidem supernaturalem, et illi subordinetur, non tamen adquiritur effective nec actibus fidei infusae, nec aliis actibus supernaturalibus a fide causatis etc. 2º Con-

Et ex magis explicatur praecedens ratio: ideo ponitur virtutem supernaturalem charitatis, qua intendit et efficaciter diligit finem ultimum supernaturalem exigunt de facto virtutes morales supernaturales infusas electivas mediorum connective supernaturalium, quia charitas licet sit talis et immediate non sit virtus supernaturalis electiva mediorum, sed tamen efficaciter intentiva finis supernaturalis etiam circa omnia dirigens virtutibus electivis infusis et

et supernaturalibus sibi deservientibus in ordine supernaturali. Sed fides
supernaturalis infusa quae se non habitus intellectualis proxime et formaliter
discursivus, aut proxime potens discurrere circa conclusiones theologicas
primis principiis supernaturalibus subordinatis. nam et communis nos=
trorum thomistarum doctrina a nobis saepe repetita, sicut charitas ut distinc=
ta a reliquis virtutibus moralibus non est virtus immediate et pro=
xime elevativa, ita fides supernaturalis non est lumen intellectuale
formaliter discursivum: ergo quemadmodum charitati supernaturali intendenti
fini supernaturali correspondent virtutes morales infusae elevativae
non effective causatae actibus humanis, ita fidei supernaturali debet
subordinari habitus supernaturalis infusus discursive attingens conclusiones
connexas primis principiis credibilibus. = Sed 3o. Confirmatur: nam habitus super=
naturalis fidei infusae, cui in viatoribus subordinatur sacra theologia,
est habitus non solum practicus sed etiam speculativus, ut supponimus
cum multis a doctoribus et ipsimet auctoribus thomistis. Sed fidei infusae re duplici=
cative ut practice attingenti prima principia practica ordinis
supernaturalis correspondet virtus intellectualis practica practice discur=
rens de conclusionibus practicis deductis ex primis principiis prac=
ticis cuiusmodi est scientia infusa; ergo similiter fidei supernaturali
prima principia supernaturalia spe=
modo speculativo attingenti
culativa debet correspondere habitus supernaturalis discursivus spe=
culative, qui speculative discurrat sub principiis supernaturalibus
speculativis ... ducendo conclusiones speculabiles, sed + est +
huiusmodi habitus speculative discurrentis de conclusionibus de=
ductis ex principiis fidei speculative cognitis est sacra
theologia: ergo quemadmodum prudentia supernaturalis, quae practice
discurrit de conclusionibus practicis ut deductis ex primis principiis
practice attactis a lumine fidei supernaturalis non est habitus intellec=
tualis practicus supernaturalis effective acquisitus per actus prac=
ticos fidei infusae, nec per actus prudentiales supernaturales sed gra=
tis a Deo infusus, ita nec sacra theologia speculative attingens
conclusiones theologicas sub principiis speculativis fidei supernaturalis
erit habitus effective causatus aliquibus actionibus seu actibus
humanis quantumvis supernaturalibus sed infusus divinitus. =
Rursus

Rursus probat nra assertio destruendo directe fundamentum illorum qui existimant sacram theologiam non obstante eius intrinseca supernaturalitate esse habitum effective generatum aut acquisitum humanis actibus: quia habitus supernaturalis quoad substantiam cuiusmodi est habitus sacrae theologiae ut supra ediximus, sive et habitus effective generatus aut productus actibus humanis necessum foret ut effective acquirerent per actus intrinsece supernaturales sed nequeunt assignari actus supernaturales quibus potest effective generari habitus supernaturalis sacrae theologiae: ergo nullatenus est habitus acquisitus ut distinctus ab habitu per se infuso: maior constat nam nullus effectus entitative supernaturalis potest effective produci a principio pure naturali naturaliter operante ut modo supponitur. Et minor probatur nam actus supernaturalis quo effective generaret habitum sacrae theologiae vel esset actus fidei infusae, quo theologus assentitur principiis supernaturalibus vel esset actus scientifice et discursive attingens conclusiones theologales ex principiis creditis deductas, sed sacra theologia non proxime et immediate causari actibus supernaturalibus fidei nec etiam aliquo actu discursivo entitative supernaturali: ergo nullus potest assignari actus supernaturalis a quo possit effective causari habitus supernaturalis sacrae theologiae et consequenter necessum est ut concedatur illam esse habitum nedum supernaturalem verum etiam per se infusum. probatur minor et quoad 1am partem videtur certa, tum quia habitus supernaturalis discursibus sive scientificas cuiusmodi est habitus sacrae theologiae in casu quo esset acquisitus supernaturalis tantum modo posset acquiri actibus scientificis aut discursivis. repugnat enim habitum scientificum generari actibus non scientificis, sicut repugnat actus opinativus generare effective habitum certum aut scientificum; tum etiam quia 1a doctrina adversariorum eodem modo pro rationabiliter discurrendo, quo supponitur productioni habitus discursivi sacrae theologiae actus per prius luminis supernaturalis fidei infu-

sae

2º reiicit: non ex eo quod posset conditionate producere creaturas impossibiles, nimirum scilicet ex eo quod sub conditione si non repugnarent: non infert dari in ipso potentiam productivam ipsarum, praesertim quando potentia conditionalis: sed potentia conditionalis dependens a positione conditionis impossibilis vere et realiter non est potentia positiva, sed tantum improprie et nominaliter: ergo ex negatione possibilitatis absolutae creaturarum possibilium sequitur in Deo negatio absoluta potentiae productivae creaturarum; et ideo circo potentia divina necessario involvit possibilitatem absolutam creaturarum quatenus distincta a possibilitate conditionata. Maior est certa, et minor probatur 1º: conditionalis nihil ponit in esse verum positivum absolutum et positivum, nisi purificata conditione: ergo potentia conditionata, quae dicit convenire alicui pro dependente a positione conditionis impossibilis, non est vere et positive potentia. 2º probatur eadem minor: quia si potentia conditionata dependens a conditione impossibili esset vere et positive potentia non esset

quem

quęs conditionate respicit, posset absolute verificari Deus posse absolute licere pro tantis alterius Dei, et illus licere pro ad violandum; cum certum sit Deum licere pro conditionate ad offerendum alterum Deum nimirum sub conditione quod non repugnaret; et illus posse conditionate vollare, nimirum si liceret alias: ergo potentia quod asseritur aliquod prius conditionate creare aliquid non est vere et positive potentia creativa.

3° reijcitur: quemadmodum positum absolute creaturarum est aliquid absolutum distinctum a Deo, ita conditionata positio, cum utraque positio distinguatur a potentia effectiva ipsius Dei, et per se est; ergo non obstante omnimoda independentia Dei a quocunque alio creato et creabili eius omnipotentia connectitur cum conditionata positione creaturarum; ergo non obstat perfectioni, et independentiæ Dei omnipotentiæ quod natura connectatur cum positione absoluta creaturarum: confirmatur. quia quemadmodum potentia potens absolute aliquid creare connotat positionem effectus creabilis absolute ab ipsa; ita potentia conditionate potens creare connotat conditionate positionem sui effectus; sed potentia potens absolute creare necessario connectitur cum positione absoluta sui effectus: Lateque Deus modo non est nec dicitur absolute potens creare chimeram, quatenus hæc absolute repugnat, seu caret absoluta positione: ergo omnipotentia Dei non obstante eius independentia a creaturis necessario connectitur saltem cum positione conditionata ipsarum: et id certe adversarij velint nolint, tenentur concedere omnipotentiam Dei necessario connecti cum aliquo posito distincto a Deo; et id certo falso asserunt eam incrementum omnino esse omnino absolutum a quacunque connexione cum suo effectu.

Alij recentiores asserunt præfatam solutionem esse omnino reijciendam: unde dicunt quod deficiente positione creaturarum posito Deus non denominaretur omnipotens, quia ex defectu huius denominationis sequeretur Deum deficere aliquam perfectionem intrinsecam, aut virtutem; et id circo omnipotentia quoad perfectionem intrinsecam nullatenus exigit positionem creaturarum; quamuis ad præstandum Deo denominationem omnipotentis necessario connotet positionem creaturarum, cum huiusmodi denominatio non sit omnino intrinseca Deo, sed partialiter constituatur per aliquid extrinsecum, nimirum per positionem creaturarum.

Sed hæc solutio, licet videatur aliquantulum probabilior præcedenti solutione, tamen nullatenus satisfacit nostro fundamento. unde 1° reijcitur: quia sicut Deus denominatur intellectivus potentia intellectiva quod omnino intelligibilia potest intelligere, ita denominatur omnipotens infinita omnipotentia quo potest omnia possibilia creare. sed Deus esse intellectivum est denominatio intrinseca adæquate, atque id circo si Deo deficeret hæc denominatio aliqua perfectio intrinseca illi deficeret; ergo Deum esse omnipotentem est adæquate intrinseca denominatio Dei; ergo si deficiente positione creaturarum deficeret denominatio omnipotentis in Deo, deficeret etiam aliqua perfectio intrinseca.

2° reijcitur: quemadmodum potentia activa, quo Deus, aut aliud principium causativum denominatur potens producere aut creare connotat factibile aut creabile; ita actio quo denominatur agens, aut faciens actualiter connotat factum: sed nullum principium denominatur agens per actum abs[?] ipso actualiter effectum; sed præcisse per actionem præcedentem ipsum per modum causalitatis activæ: ergo similiter, sed Deus denominetur potens creare creaturas omnipotentia quæ natura connotet earum positionem. non tamen ex hinc sequitur eius modi denominationem esse aliquo modo extrinsecam; et tamen si deficiente positione creaturarum deficeret Deo denominatio omnipotentis, bene deducitur in Deo defectus perfectionis naturalis, et intrinsecæ; ac proinde omnipotentia quadamtenus perfectionem intrinsecam necessario connectitur cum positione creaturarum.

3° probatur destruendo fundamentum adversariorum: quia ideo ipsi negant omnipotentiam ~~tam creatam~~ sibi rogare[?] eam esse necessario connexam cum positione

effectus

effectus, quia existimant huiusmodi connexionem obstare independentiae Dei a creaturis possibilibus: sed ex connexione necessaria cum creaturis possibilibus nullatenus infertur Deus in aliquam perfectionem intrinsecam ab ipsis dependere; sed potius deducit Deum continere perfectionem eminentialem rationi cuius exigit dependentiam aliorum a se: ergo sit quomodo independentiam causae increatae a suis effectibus nullatenus denegando eius naturalem connexionem cum earum possibilitate: probatur minor 1º. exemplis in primo huius articuli notabili 2º. ubi asseruimus posse unum extremum naturaliter connecti cum alio absque dependentia illius ab isto. 2º probatur minor. non in speculabilibus veritas prioris necessario connectitur cum veritate posteriori quin ex huiusmodi connexione sequatur dependentia prioris a posteriori sibi subordinata sed potius vice versa: ergo.

Ultimo probatur maior 3º. ex doctrina communi concessa a dominis qui asserunt, quod Dei esse medium in quo naturaliter cognoscuntur creaturae possibiles: sed medium aut prius movens naturaliter ad cognitionem alterius necessario connectitur cum illo: ergo sit quod Dei necessario movet ad cognitionem effectus possibilis necesse est ut concedat illud esse necessario connexum cum eorum possibilitate. minor constat non tantum quaevis relatio necessario deferat ad cognitionem sui termini correlativi quatenus cum illo connectitur connexione necessaria, et essentiali, sed ideo nullatenus movet ad cognitionem alterius extremi extranei: ergo quod medium aut prius necessario movens ad alterius cognitionem debet esse connexum cum illo connexione necessaria.

Proponuntur et solvuntur argumenta.

Arguitur 1º. id quod competit Deo secundum essentialem rationem causae competit cuicumque causae particulari ut sic posse probatur: sed dat causa particularis contentum suum eminenti ratione causae nullatenus ~~[illegible]~~ connexionem possibilem obiectivam sui effectus: ergo ratio essentialis causae ut sic non exigit connexionem naturalem cum suo effectu existente aut possibili. Probatur minor: non Deus ratione sui quod est essentialiter et verae causae creaturarum: id quod Dei non connectitur necessario cum creaturis possibilibus: ergo probatur minor: probatur non quod divina perfectio intrinseca Dei realiter identificata nam divina; sed nulla perfectio ~~[illegible]~~ intrinseca realiter identificata nam divina connectitur cum creaturis: ergo quod Dei nullatenus connectitur cum creaturis possibilibus. minor videtur certa: non id quod necessario connectitur cum alio, necessario exigit illud ut possit existere; sed nulla perfectio divina realiter Deo identificata ~~[illegible]~~ necessario exigit ad sui existentiam creaturas possibiles; alioquin Deus dependeret in suo esse a possibilitate creaturarum: cum quod id quod exigit aliud ad suam persistentiam necessario debet dependere ab illo, ut patet hinc instantia non eius alio ratione communis asserit magis dependere a suo, nisi quod indiget eius directione ut possit existere et conservari: ergo cum quaevis perfectio divina sit independens a creaturis possibilibus, necesse est ut neget aliquam perfectionem divinam necessario esse connexam cum possibilitate creaturarum.

Huic argumento cui tanquam Achilli innituntur adversarii ad asserendum quod divina esse absolutam a connexione cum creaturis possibilibus facimus satis ex dictis concedendo maiorem et negando minorem. ad cuius probationem concessa maiori negamus minorem non est quod divina sit adaequate perfectio intrinseca Dei non hinc deducit illam non exigere possibilitatem suorum effectuum exigentia naturali connexionis necessariae. non ut supra ostendimus potest aliquid ratione sui eminentiae connecti cum altero, quin ab illo dependeat dependentia tali, qui solo dicit

dependentiam

dependentia stricte accepta arguens imperfectionem in extremo dependenti: quod enim ambiguit Patrem aeternum esse necessario connexum cum filio, qui ex hujus modi connexione sequatur Personam Patris dependere a filio dependentia stricte sumpta, ac proinde ex connexione opposita cum creaturis possibilibus nulatenus deducitur illum ab ipsis dependere. Cum hujus modi tantum arguat Deum esse adeo perfectum ut ejus summa perfectio necessario exigat pro denuntiatione cau[sa]lis creaturarum possibilium: Deus quae esse non dependentis creaturarum: sua enim bonitas non esse sterilis sed necessario communicabilis ad extra: quae communicabilitas negro subsistere deficiente possibilitate aut non repugnantia creaturarum: cum nullo casu possit suam similitudinem communicare esse impossibili = nec obstat instantia adducta de ma[teria] et fo[rma]: non ideo materia dependet a forma quod exigit illam quacunque. sed quod exigit illam ut cau[s]am a qua sumit speciem et perfectionem: Deus autem non exigit possibilitatem creaturarum ut ab ipsis perficiatur sed potius ut illam perficiat et causet propterea nulatenus dependet ab illis.

2° arg[umen]t[um]. Si deficiente possibilitate creaturarum nulatenus sequeretur ex parte Dei defectum alicujus virtutis intrinsecae aut perfectionis: ergo si potentia quoad suam perfectionem intrinsecam non dicit necessario cum creaturis possibilibus. Cons[equentia] videtur certa cum id quod necessario dicitur cum alio necessario deficiat deficiente illo. cum quo dicit. Et ant. pr[obatur] 1° quod in hypothesi quod deficeret omnis possibilitas creaturarum eodem modo compararet potentia activa Dei ad creaturas omnes, quo modo comparat chimeram vel quodlibet aliud impossibile. Cum in hoc eventu omnia entia extra essent absolute impossibilia: sed modo ex absoluta impossibilitate chimerae non sequitur in Deo defectum alicujus activitatis, aut perfectionis intrinsecae: cum sit doctrina D. Tho. in 1. p. q. 25. a. 3. de potentia art. 7. ubi ait. Deum non dicit non posse rem facere impossibile propter defectum intrinsecum potentiae aut virtutis divinae sed propter defectum obiectivum possibilis, aut propter precisionem passivam impossibilis vel, quod a ratione possibilis deficit per suam repugnantiam. et ideo a quibusdam dicitur Deus simpliciter esse potens ad ens impossibile sed illud sua repugnantia nequeant fieri aut subjici potentiae activae Dei: ergo similiter in eventu in quo deficeret possibilitas absoluta omnium creaturarum nulatenus sequeretur in Deo defectum virtutis aut perfectionis intrinsecae: ma[jor] et min[or] videntur certa sit cons[equentia].

2°. Non ideo modo negatio potentiae ad productionem chimerae non arguit in Deo defectum perfectionis aut virtutis intrinsecae, quatenus chimera est simpliciter impossibilis, et nulatenus fieri aut subjici divinae potentiae activae: sed deficiente possibilitate omnium creaturarum omnia essent simpliciter impossibilia et idcirco imperceptibilia a Deo: ergo in illo eventu non arguerent in Deo negatio potentiae aut virtutis intrinsecae sed solum sequeretur illa non posse fieri a Deo propter precisam suam obiectivam impossibilitatem.

Ad hoc arg[umentu]m d[icendu]m neg[an]do ant[ecedens] ad cujus pr[obationem] d[icendu]m quod deficiente possibilitate omnium creaturarum ex parte Dei deficeret virtus causativa qua Deus dicitur continere eminentialiter, aut causaliter effectus ab ipso causabiles; et idcirco absolute deficeret Deo perfectio intrinseca, cum potentia activa sit perfectio intrinseca Dei, ut docet D. Tho. 1. p. q. 25. a. 3. de potentia art. 1. a. in corpore. ac proinde omnimoda impossibilitas creaturarum necessario argueret ex parte Dei defectum intrinsecae perfectionis divinae nimirum potentiae = nec obstat contra hanc doctrinam instantia adducta de chimera: ex cujus absoluta impossibilitate non sequitur in Deo defectum intrinsecum alicujus virtutis aut perfectionis intrinsecae; quod ex particulari impossibilitate chimerae aut alterius obiecti impossibilis non sequitur absolute et simpliciter Deum carere potestate causativa. sed solum infert potentiam causativam Dei non posse se extendere aut terminari ad chimeram quae haec caret ratione terminativa ipsius nimirum possibilitate. et idcirco modo

non dicit

dicit Deus non posse producere chimeram ob precisam repugnantiam aut impossibilitatem ipsius chimerae non vero ob defectum alicuius ~~virtutis~~ perfectionis intrinsecae. Si autem omnia entia quae a parte sui omnem realitatem Deus disposuit essent absolute impossibilia sequeretur non solum potentiam creativam deberi posse dari in Deo. Et illud obiectum particulare, verum etiam eiusmodi potentiam nullatenus esse potentiam realem et positive creativam: cum nullum prius possit esse aut dici creatum, cui illa correspondeat tamquam creabile absolute: quo certe, et simili modo particulari realitati chimerae impossibilitas non sequatur in Deo defectum intrinsecae perfectionis intrinsecae: nam deficiente ultra possibilitate omnium creaturarum sequeretur absolute in Deo absoluta carentia potentiae activae: sicut modo in hoc non sequitur defectus potentiae visivae intrinsecae ex hoc quod huiusmodi potentia non posset extendi ad hoc illud obiectum invisibile: et tamen si absolute deficeret visibilitas omnium obiectorum visibilium et si absolute et ultra nihil esset visibile necessario sequeretur visum nullatenus posse videre, atque illum omnino carere potentia visiva.

Si vero replicas quod etiam deficiente possibilitate omnium creaturarum possibilium Deus denominaretur absolute potens producere creaturas non tamen hinc deduceret Deo deficere aliquam perfectionem intrinsecam: ergo ruit doctrina. Probatur antecedens quia etiam deficiente ex omnium creaturarum existentia Deus non denominaretur actualiter conservans aut producens creaturas non hinc infertur Deo deficere aliquam perfectionem aut entitatem intrinsecam: ergo similiter. Antecedens est certum et consequentia probatur quia non magis identificatur Deo potentia quo potest producere creaturam possibilem quam actio quo conservat et producit creaturam existentem: cum ex nostratibus communiter Deus non pergat ad extra per actionem distinctam a sua entitate. Ideo deficiente existentia creaturarum quae actualiter conservantur vel producuntur a Deo solummodo deficeret ipsi denominatio qua denominaret conservans aut producens creaturas absque aliquo defectu intrinsecae perfectionis: ergo exclusa possibilitate creaturarum possibilium solummodo deficeret Deo denominatio potentis producere absque defectu alicuius perfectionis divinae aut virtutis intrinsecae.

Urget magis: non Deum esse absolute potentem producere creaturas possibiles non est denominatio pure intrinseca Dei, sed quidquid denominatio extrinseca: sed sublatio denominationis extrinsecae nullatenus infert in Deo defectum alicuius perfectionis intrinsecae ergo quamvis sublata absoluta possibilitate creaturarum possibilium Deus denominaretur vel non denominaretur absolute potens illas producere non hinc sequeretur ex parte Dei defectus alicuius virtutis aut perfectionis intrinsecae. Et idcirco virtus divina quoad suam perfectionem intrinsecam non dependet necessario a possibilitate creaturarum. Mirum [illegible] constat non cuius deficiente denominatione qua Deus denominatur cognitus aut amatus a creaturis non sequeretur Deo deficere aliquam perfectionem intrinsecam quatenus esse cognitum aut amatum est denominatio extrinseca Deo nullo tamen proveniens ab aliqua perfectione intrinseca Dei. Et magis probatur non ipsa possibilitas obiectiva creaturarum saltem partialiter concurrit ad praestandum Deo formalem denominationem qua denominatur potens illam producere; sicut enim Deus dicitur quasi impotens ad producendum chimeram ob impossibilitatem obiectivam ipsius, ita dicitur potens producere effectum possibilem ob possibilitatem eiusmodi effectus. Et ad formalem denominationem qua Deus dicitur aliquo modo impotens producere chimeram formaliter aut distinctive concurrit obiectiva impossibilitas aut repugnantia chimerae: ergo similiter ad formalem denominationem qua Deus denominatur potens producere creaturas distinctive et formaliter concurrit earum obiectiva possibilitas, et idcirco eiusmodi denominatio

non Dei

vũ dei hec rõe denoiationis extris quadeficiente deficeret nulatenus deo ali-
quo perfectio intria.

Ad hanc objectionem R. reddendo ans et neg. cons. et reddendo disparitatem quod etsi actio quo deus denoiat libere conservans aut producens creaturas actu existentes quoad entitatem non distinguat ab ipso deo. ceterum quoad denoiationem exigit actualem rationem ad rem contingentem actu mutabilem, cuius modo est non existens creatas et idcirco deficiente ex creaturarum existentia deficeret deo denoiatio, qua denoiat libere conservans aut producens creaturas. gn nullatenus deficeret existente deo aliqua perfectio intria. ex quo constat disparitas. nam potentia qua deus denoiat absolute potens producere creaturas poss. non solum quoad entitatem verum etiam quoad denoiationem est absolute et simpliciter perfectio necess. cum non importet neque in recto neque in obliquo aliquid contingens: quare ergo si deo deficeret hec denoiatio simpliciter deficeret illi perfectio nalis et divinitas cuius modi est virtus causalis, aut eminenter continens effectum creabilem. hec solum fundatur in doctr. d. Tho. q. 2º de verit. art. 3. ad 11 ubi aperte tradit disparitatem nuper adductam asserendo, quod deo nihil intrinsecum deperiret, si eius creaturae ponantur non esse actualiter, deperiret tamen perfectioni divinae si a deo auferatur potestas producendi creaturas, que quibus absolute deficeret, eo quod si si nulla creatura esset possibilis. quo circa quamvis denoiatio actualiter producentis creaturas existentes possit deficere deo absque defectu alicuius perfectionis intrinsecae non hinc colligitur denoiationem potentiae producere posse illi deficere sine detrimento perfectionis intrinsecae. legatur d. Tho. loco allegato, ubi nostra doctrina confirmatur optimo exemplo.

Ad 2am objectionem R. neg. maiorem ad cuius probationem R. quod etsi denoiatio qua deus denoiat potens producere creaturas de constat exigat aliquid extrinsecum nimirum possibilitatem obiectivam creaturarum; ceterum probatur praestans huiusmodi denoiationem formaliter nullatenus est illa expressa possibilitas, id virtus divina quae continens eminenter effectus creabiles aut possibiles, quae solet vocari a theologis creatrix essentia. unde si deo deficeret denoiatio omnipotentis absolute illi deficeret aliqua perfectio intria, nimirum res potestas activa seu aliud denoiatio potens producere creaturas: quo circa si deus necess. denotat possibilitatem creaturarum ut denoiet omnipotens: hinc sequitur perfectionem intrinsecam intrie et necess. competentem deo esse necess. iuxta creaturis possibilibus. nec obstat instantia adducta de denoiatione qua deus denoiat quasi impotens producere chimeram ob precisam impossibilitatem ipsius. ad quam R. quod deus dici impotentem ad chimeram aut alterius rei ipsi repugnantis non est denoiatio positiva proveniens ab aliqua perfectione positiva ipsius dei, sicut denoiatio omnipotentis, id quaedam denoiatio negativa nimirum conveniens deo quatenus eius activitas, aut potestas cativo nequibit extendi ad huiusmodi rem ob precisam repugnantiam eius aut impossibilitatem. quapropter quamvis concedatur denoiationem illam qua denoiatur deus impotens ad producendam chimeram esse pure extrinsecam, aut illam provenire ab impossibilitate extrinseca tamen non hinc potest rationabiliter deduci denoiationem qua deus denoiat absolute potens creare creaturas possibiles esse extrinsecam. ex quibus colligitur quod quamvis deus sit potens intrie producere creaturas, et idcirco denoiatio qua deus denoiat potens sit formaliter

intria

intrinseca conveniens a perfectione intrinseca Dei, caeterum necessario dicendum est eiusmodi denominationem necessario exigere connotatum extrinsecum, nimirum possibilitatem extrinsecam creaturarum non tamquam formam a qua conveniat denominatio omnipotentiae, sed solum tamquam connotatum ipsius. Sicut enim forma denominans hominem potentem videre lapidem non est obiectum obiicibile, ut nunc, sed potentia visiva intrinsece inhaerens homini, ita connotationaliter loquendo potentia divina Deus potentem creare creaturam possibilem non est possibilitas obiectiva creaturae, sed virtus divina eminentialiter et causative continens eiusmodi effectum, et idcirco necessario cum eorum possibilitate connexa.

3° arguitur: nam causa increata est magis necessaria quam possibilitas creaturarum, ergo non connectitur necessario cum possibilitate suorum effectuum; ergo nulla causa connectitur necessario cum suo effectu. Antecedens constat et colligitur suponente a nostris theologis qui asserunt necessitatem creaturarum dependere a necessitate illius causae, et idcirco esse magis necessariam Deum esse quam creaturam esse possibilem. Et consequentia probatur quia magis necessarium non potest necessario connecti cum minus necessario; ergo etc.

Confirmatur 1°: nequit oppositum divinum necessario connecti cum creaturis possibilibus quin vice versa creaturae possibiles ut possibiles eadem necessitate connectantur cum opposito, et idcirco quia datur mutua connexio inter huiusmodi extremos: sed ex mutua connexione huius oppositi et effectuum possibilium sequitur oppositum divinum non esse magis necessarium quam creaturas possibiles: ergo causa increata nullatenus potest connecti cum possibilitate suorum effectuum. Probatur sequela minor quia extrema quae inter se connectuntur mutua connexione sunt eiusdem necessitatis, ut patet in divinis in quibus Pater aeternus est aequalis necessitatis cum Filio, quatenus sibi invicem connectuntur connexione necessaria, aut reciproce quatenus nequit esse sine Filio, et Filius sine Patre: ergo ex mutua connexione inter oppositum et creaturas possibiles sequitur creaturas possibiles esse aequalis necessitatis cum opposito, et idcirco causam increatam non esse magis necessariam quam esse possibile suorum effectuum.

2° confirmatur: quia non magis spectat ad intrinsecam perfectionem oppositi divini potestas productiva creaturarum possibilium quam ad perfectionem divini intellectus illas posse intelligere. Sed intrinseca perfectio intellectus non connectitur necessario cum veritate obiectiva aut intelligibilitate obiectiva creaturarum possibilium: ergo nec opposita divina connectitur cum earum possibilitate. Maior videtur certa, cum per potentiam intuitivam constituatur Deus potens intelligere quodcumque intelligibile, sicut per oppositam constituitur potens causare omne possibile seu causabile. Minor autem probatur quia intrinseca perfectio divini intellectus non exigit necessario intelligibilitatem aut veritatem obiectivam alicuius obiecti creati, cum non perficiat intellectum divinum perficiendo creaturam: ergo si per impossibile deficeret veritas obiectiva omnium creaturarum tam possibilium quam existentium, non hinc deduceretur deficere aliquid spectans ad perfectionem divini intellectus; et tamen potentia intuitiva non connectitur necessario cum veritate obiectiva creaturarum, sed solum exigit necessario intrinsecam intelligibilitatem ipsius Dei quae distincta ab intelligibilitate extrinseca ipsarum creaturarum.

3° confirmatur: si causa increata connecteretur necessario cum creaturis possibilibus, non posset intuitive aut quidditative comprehendi quin cum ipsa comprehenderentur eiusmodi creaturae; sed concedit a pluribus theologis beatum posse videre intuitive

intuitive et quidditative cā increata cum oibus suis perfectionibus absque
visione aut cogne creaturarum poss.: ergo cā increata ñ connectitur ness.^o cum crea-
turis posbus, ma. cstat. m^r latenus nequit cognosci unus relativus sine alio, quā-
tenus quis unus relatio connectitur ness^o cum eo ab ipso respectu: ergo si cā increata
connecteretur ness^o cum creaturis posbus, nequiret cā increata quidditative cognosci
sine creaturis posbus cognoscerentur.

Ad hoc argum. R. concedendo ans., et neg. cons. ad cuius
prob. nigat ans, cum certum sit et oio indubitatum prius debere esse magis ne-
cessarium quam posterius ex ipso deducta ness.^o quin ex hoc inferat prius esse absolutum
a connexione ness.^a cum posteriori. quapropter ex mai necessitate cā increata prae cre-
aturarum posbus nullo modo potest deduci illam non esse connexam connexione ness.^a
cum cris posbus. sicut enim potest sentiri ad veritatem non obstante mai necessitate
dei esse prae creaturarum posbus, illa cum his connectit inesse cognoscibili, cum
esse dei ness.^o moveat aut detrat divinus intell. ad cognitionem ness. posbus
sic non poterit obstare mayori necessitati dei oipotentiae eius ness.^a connexio in esse
cā cum posbus suorum effectuum. n eodem modo quo verificatur esse magis necessarium
dei esse quam creaturarum esse posbus, ita verificari debet cognitionem dei rō dei-
tatis esse magis ness. quam eius trahit ad creaturas posbus, et nihilo minus cog-
nitio quaedam [illegible] ness., ness. exigit trahi ad creaturas: ergo
magis necessarium quanvis non dependeat a minus necessario potest cum illo ness.^o connecti.

Ad 13 confirmationem concedo maiorem et nego
minorem ad cuius prob. distinguo ans.: extrema inter se connexa connexione mutua sunt
aequalis necessitatis, si sint extrema eiusdem ordinis concedo mai.: si diversi ordinis nego
mai. [illegible] verificatur aequalis necessitas inter extrema mutuo conne-
xione connexa, q^do eiusmodi extrema sunt eiusdem ordinis [illegible] conveni-
entia in perfectione essali aut per mutuam independentiam unius ab altero sicut ess
cā et effectus ut patet in [illegible] adducta de personis dei, quae sunt aequalis
necessitatis in essendo non praecise per earum mutuam connexionem, sed quia
convenit utrique eadem natura cum exclusione essentialis dependentiae unius
ab altera; ceterum universaliter non verificatur extrema connexa mutuo sint aequ-
alis necessitatis, et praecipue si sint diversi ordinis ut accidit, cum inter eadem
mutuo connexa sunt extrema inaequalia et diversi ordinis quorum unum subor-
dinatur alteri subordinatione essentialis dependentiae. ut patet in prio ness.^o connexo cum
posteriori, quod quibus magis necessarium est quam illud hoc adeoque [illegible] quod unum
quodque tale et illud magis ex quo constat oipotentiam dei magis ness. esse
connecti ness.^o cum creaturis posbus, per essentialem dependentiam ipsarum ab
ea sicut posterius cum prio. qui ex hoc inferat creaturas posbus esse eiusdem necessi-
tatis cum oipotentia sicut non infert ex mutua connexione prii et posterioris.

Si obiicies: q^d posterius ideo dicitur minus ness., quia
prius sui subordinat q^d eiusmodi connexio fundat independentiam ness.^a sicut enim
hoc non dependeret a prio. nullatenus diceretur minus necessarium [illegible] illius ut patet p.

; pro illud.

possibilitas esse pole qd ab æterno convenit creaturis possibilibus n dependet caalit a Deo: ergo ista dependentia e ē deducendus esse creaturarum possibilis esse minus nessarius quam esse caæ increatæ suppositum veritas que mutuo connexione: resp. 1°. n
prius n dependet a præterbbi dependentiæ strictæ et caali; cum quævis caa ante cedat suum effectum antecedentia prioritatis naturæ; sed prius intelligitur creaturam esse
possibilis, quæ deus esse absolute potentem ad producendum illam; cum hæc caalis sit vera
Deus potest producere hominem aut Angelum qa hoc est in se quid pole seu ens habens
n repugnantiam, sicut vice versa ideo Deus n potest producere chimæram qa hæc est
aliquid impole et repugnans ergo esse pole creaturarum n dependet caalit ab
omni pote Dei. = 2° sic caæ resp. nihil potest dependere a Deo caalite vera et
realit qn trahit caalitatem suæ dispositionis; sed creaturæ possibilis nullatenus trahunt caalitatem
suæ dispositionis cum deus n operetur ad extra operatione necessaria sed libero; et tamen si esse
pole creaturarum est aliquid necessarium neqʒ subijci eius effectum suæ causalitatis, aliquin deus causaret aliquid necessario ad extra qd repugnat et contra et unanimes sententias
Theologorum que asserunt caalitatem suam libere haberi ad quemcumque effectum ad extra.

Ad obiectiones ex deducendo margine
neg. resp. ad huius 2 p.m dando resp. et nego resp. cum enim possibilitas creaturarum
n sistat in aliquo esse existentiali phico. qd creaturis esse conveniat, sed solum importet
esse pole essalit dependens ab omnipote Deo et quatenus n repugnantiam ad esse n
a se sed ab alio; hinc sequitur caæ increatæ esse priorem in essendo vi huiusmodi possibilitatis; unde per illam propositionem caalem qua asserit deus esse potentem ad
producendum hominem qa homo est in se possibilis n denotat possibilitatem obiectivam creaturis
esse caæ in essendo vi suæ dispositionis ut contendit argum. sed tantummodo designat
huiusmodi possibilitatem esse caæ in cognoscendo, seu modum ex quo necessario infertur pote
nitio pote Dei qd repugnat qd aliquod ens sit pole quin contineatur in virtute
creativo pote activo caativæ in pote activo sit causæ; quapropter quamvis
sit mutua connexionum necessaria, quo invicem vinciunt caa increata cum
creaturis possibilis mutuam illatione inferant ex esse pote esse suum effectum et
ex possibilitate effectus eiusmodi esse suæ dispositionis. ex verum tamen sequitur ab esse
pole creaturarum ad esse dispositionis suæ procedit a caa in cognoscendo ad caam
in essendo, seu ab effectu dependentiali ad prius independens in essendo. quando autem
vice versa ex dispositione deducit creaturas esse poles procedit argumentum a caa in essendo ad effectum subijcibilem eius caalitate. quapropter vere et rigorose loquendo hæc propositio
creaturæ sunt poles qa caative continentur in pote Dei est vera caalitas designans caam in essendo cui essalit subordinatur possibilitas creaturarum: et altera illa
qua asserit deus esse potentem producere creaturas poles, qa ipsæ in se sunt poles
tantummodo dicit caalitatem logicam, nimirum quatenus designat rationem obiectivam ex
qua necessario et infallibilit infertur deum esse potentem ad creandum, quæ proprie logo
dicitur caa in cognoscendo et in essendo dicunt rationem effectivam; ne quis converso pro
ratione creaturæ possibilis esse rationem a priori suæ dispositionis, sed impossibilitas chimæræ est ratio
a priori ad negandum Deo pote effectivam ipsius: qa ut supra evidenter declaravimus dum

esse

exse et ab intrco e potens, n autem dicit n potens seu quasi impotens ad producendum tm impossibile roe alicuius defectus intrinseci alicualiter causantis impossibilitatem obiectivam rei ut se repugnantis; sed ideo et adequate roe denominationis negativae qua deus denotatur n potens producere tm impossibile e precise repugnantia, aut impossibilitas obiectiva ipsius.

Ad 2um. Probationem mir. distinguo mai. nihil potest causari a Deo, quin trahat causalitatem dni. obiectorum ratione potentiali, concedo ani; ratione actuali et exercita nego mai. eodem modo dist. min. et nego cons.; n. esse causalitas dni obiecti trahit actualiter ad creaturam relictam in statu puro possibilitatis; potentialiter tm e trahibilis ad illam, cum earum possibilitas desistat in pro logico anteri repugnantia ad exsistentiam et o trahibili a pro activa dei; et tunc sicut creaturae actu exsistentes dependent ab obiecto actualiter operante, ita creaturae possibiles dependent ab eadem obiecto ut prodiment potentialiter active earum esse, seu tamquam de pro, cuius virtute indigent ut reducant ad actum.

2a. potest dici quod licet esse possibile creaturarum quod ab aeterno illis competit n dependeat a Deo effective, et ideo n trahit liberam et esse rivam productionis; dependet tamen idealiter a primo eao; n. habent quasi esse creabiles hanc coherentiam praedicatorum essentialium in quo fundat eius possibilitas; quatenus dicor mai. eadem quae exigit prodo dni. ad operandum, et tamen licet illud esse n dependeat effective a pro dni., dependet tamen in genere caae exemplaris, seu idealis, in quo essentialis dependentia fundat connexio essentialis et ratio creaturarum possibilium.

3° ut penitus evanescat vis precedentium argumentorum potest aliter responderi arg. principali distinguendo. duplex licet necessitas, alia physica seu trahuntur aut physica quae desistit in per fectione positiva seu ante negationem cuiusque possibilis, quae logice ad se existendum; et haec solummodo competit Deo, cum deus ita a se sit et ita exsistat, ut oto illius repugnet n exsistere; alia quae dicit necessitas negativa aut logica quae tamen desistit in immutabili connexione praedicatorum essentialium per quam necessitatem nullatenus tollit pro ad n esse exsistentiale. et inde quamvis dicitur creaturarum possibilem esse eiusdem necessitatis logicae, aut effectivae cum obiecto dni., propter earum connexionem cum ipso; n hinc deducitur illam esse absolute et simpliciter aequalis necessitatis cum esse Dei; cum esse Dei sit ness. tam physice, quam logice. esse vero creaturarum sit ness. tamen physice, quam logice.

Ad 2am confirmationem R. dando mai. et distinguendo min. si intelligitur perfectio dni. intrinseca n connectit ness. cum veritate obiectiva creaturarum possibilium connexione immediata concedo min. connexione mediata nego. min. et cons. n. quemadmodum perfectio intrinseca dni. objectorum ness. exigit e immediate causative continere effectus ab ipsa producibiles; ita perfectio intrinseca dni. intrinsece ness. exigit mediante cognitione dni. obiecti trahi ad creaturas in ipsa ~~[illegible]~~ contenta, realiter; cum requirat aliquo cao comprehensive cognosci, quin explicite in illo cognoscantur eius effectus; quod per argumentum sequeretur defectus intrinsecus in ipso dno. si eius cognitio non trahit ad esse creaturarum possibilium. cum ex hoc sequeretur dnam cognitionem circa obiectum n esse

comprehensivam

comprehensiva; ac proinde quamvis Deus visus in Verbo connectatur necess.o cum intelligibilit.e ob
iectiva creaturarum connexione immediata, cum eius immediatum obiectum sit esse intelligibile dei
tamen visus Deus debet connexione mediata connecti cum possibilibus mediante illa connexione
cum obiecto necess.o cum illis connexo.

Ad ultimam confirmationem Ex distinctione mar. si causa increata connectatur
necess.o cum creaturis possibilibus nequit cognosci quidditative quin simul cognoscerentur eiusmodi
creaturae sub ratione cognoscibilis possibilis secundo mar. sub ratione particularis distinctiva eiusmodi creatura-
rum secundo mar. et eodem modo dist. min. et neg. cons. quamvis ens quidditative possit cog-
nosci ab ipso Deo atque explicite cognitae creaturarum omnes quae in ipso continentur eminen-
ter; nullo tamen pacto potest quidditative atingi quin cognoscatur possibilitas creaturarum
in communi sub qua omnes creaturae possibiles particulares sunt atingibiles causative a causa in-
creata: nec requirit ad cognitionem quidditativam alicuius potentiae, quod explicite atingantur omnes, et singula
alia subiecta eius causalitati, sed sufficit ut connotative cognoscatur ratio formalis cuius ratione cuius
atingit reliqua; sicut ut quidditative cognoscatur potentia visiva non exigit ut cum ipsa cognos-
cantur omnes et singuli colores sub sua ratione formali (quamvis cuiusmodi potentia visiva
connexa sit visiva omnium colorum) sed sufficit ut cognoscatur ratio formalis visibilis in qua conve-
niunt omnes colores, ratione cuius specificant potentiam visivam: cum igitur ratio formalis connexionis ne-
cess.e ipsius Dei non sit aliqua creatura particularis sub particularis differentia sua; sed ratio
communis entitatis possibilis in qua conveniunt omnes creaturae subiicibiles ipsius Dei; hinc sequitur ad
cognitionem quidditativam ipsius sufficere quod cognoscatur eius connexio cum ratione communi possibilis
quamvis ad comprehensivam cognitionem exigat necess.o cognitionem explicitam omnium possibilium sub sua differentia
speciali et particulari, ut late docet Ill.mus ‹ 14 et ‹ 25 ex quo colligit connexio-
ne necess.a ipsius ipsius cum totalitate omnium possibilium, si enim absolveretur ab huiusmodi connexione
posset comprehensive cognosci quin ulla necess.o extraheret visus ad cognitionem huius-
modi possibilium.

Ex dictis colligit 1.o connexionem variam cum effectu possibili esse cuiuslibet causae
sicut quemadmodum potentia effectiva causativa exigit effectum ab ipso effectibile, ita causa materialis exi-
git formam ab ipsa receptibilem possibilem: et causa formalis subiectum informabile, et sic discurrendo de
reliquis speciebus causarum particularium. ac proinde sicut nequit subsistere ratio causae, quin illi
correspondeat effectus sub ratione effectibilis; ita nequit dari subiectum potentiae causae materialis
cui non correspondeat forma possibilis receptibilis in ipsius potentia receptiva: et similiter nequit dari
forma potentiae formaliter causae quin illi correspondeat subiectum ~~illud~~ possibiliter subiicibile eius infor-
mationi: et ideo non solum causa effectiva connectitur necess.o cum possibili suo effectu, verum etiam
reliquae causae: 2.o quamlibet causam connotare, seu connecti cum suo effectu non solum in actu
1.o considerato, verum etiam in actu 2.o. cum hoc tamen discrimine, quod causa in actu 1.o conside-
rata debeat correspondere effectum solummodo possibilem: in actu vero 2.o considerata debeat cor-
respondere effectum actualem, seu sub existentia positum ut patet ex dictis in probatione 3.ii.

3.o colligit

12 1892

per ... Linze

Concertatio theologica

Quid sit obiectum formale motivum spei supernaturalis infusae?

Ante resolutionem in quaestione nobis aliqua sunt praeponenda, quibus suffragatur communior theologorum consensus: 1° supponendum est: obiectum spei theologicae sicut cuiusvis alterius virtutis dividi posse in obiectum terminativum, et motivum, seu in obiectum materiale quod, et obiectum formale quo: obiectum materiale spei est res supernaturalis sperata, seu terminus ad quem tendit actus spei supernaturalis, qui consistit in beatitudine obtinenda et nobis auxilio divinae gratiae consequibili: obiectum motivum, seu formale quo est id ratione cuius obiectum materiale attingit formaliter sperabile seu in quod ultimo resolvitur securitas, aut firmitas spei theologicae: sicut enim obiectum materiale fidei supernaturalis est res credita, et motivum formale credendi est infallibilitas testimonii divini ratione cuius eiusmodi res constituitur credibilis, aut movetur, aut trahitur fidelis ad credendum, ita similiter motivum formale sperandi supernaturaliter est id quod rem terminativum spei primo et formaliter constituit sperabile seu trahens, aut inducens voluntatem sperantis ad secure et firmiter sperandum.

2° supponendum est: obiectum terminativum spei theologicae supernaturalis rursum dividi in obiectum 1um et 2um, seu in obiectum directe, et principaliter intentum, et in obiectum minus principale et pure extensivum: obiectum 1um et directum spei supernaturalis est summum et divinum bonum, in quo nostra obiectiva beatitudo consistit: obiectum 2um et minus principale comprehendit omnia auxilia creata tam spiritualia, quam temporalia, quae sunt efficacia ad consecutionem beatitudinis obiectivae, quae sperari possunt spe supernaturali ob eorum ordinem et habitudinem ad eius principale et 1um obiectum: eodem pacto quo creaturae diliguntur secundario charitate theologica ob eorum habitudinem ad bonitatem divinam ad quam per se tendit inclinatio charitatis: unde eatenus eiusmodi obiecta volantur secundario, aut indirecte, quatenus non sperantur ratione propriae bonitatis sed praecise ob convenientiam et habitudinem ad consequendam beatitudinem obiectivam. Testatur D. Tho. in disput. unica de spe art. 4. in corp. et in 3. sent. dist. 26 art. 2. ad 2um ubi ait qui habet spem theologicam non solum sperat Deum consequi, sed etiam sperat per ipsum omnia varia quantumcunque difficilia obtinere; sperat nociva quantumcunque periculosa vitare et repellere.

3° supponit spem in sua ratione abstrahentem ab esse supernaturali et naturali exigere ex parte obiecti sperabilis non solum bonitatem et possibilitatem, sed etiam arduitatem, et difficultatem in illius consequutione: nam ut docet D. Tho. q. unica de spe art. 4. in corp. obiectum per se terminativum spei absolute consideratum est bonum arduum futurum possibile, unde si esset aliquid esset bonum, esset futurum, esset arduum, non esset possibile cessabit spes ob defectum sui obiecti terminativi: ex quo infert obiectum spei distingui a motu amoris aut desiderii: etenim nec amor nec desiderium ex sua [illegible] exigentia petit arduitatem ex parte obiecti amabilis et desiderabilis: nam ut aliquid sit

absolute

absolute amabile amore simplici sufficit eius bonitas, et ut dicat trativum desiderij solus exigit ut respondeat sub bonit. et absoluto possib.; ut autem reddat aliquid sperabile motiv. proprio spei stricte sumptae necesse est ut non solum sit bonum possibile, sed etiam arduum aut difficile: ex quo deducit D. Thom. in 3 sent. dist. 26 art. 3. q.la 2.a in corp. eo quod spes formaliter sumpta non est amor, nec desiderium sed alius affectus, aut conatus quo voluntas erigit ad expectandum aut aggrediendum assequutionem rei amatae aut desideratae, et ideo ibidem affirmat D. Tho. spem beatitudinis non praesupponere eius desiderium; sicut affectus desiderii praesupponit cognitionem rei desideratae.

4.o Supponendum est nullam rem creatam esse obiectum motivum aut trativum spei theologicae: etenim commune est obiectum virtutibus theologalibus respicere Deum ut finem immediate et specificari a Deo, vel ab aliquo attributo divino tanquam a motivo formali, et causari immediate a Deo tanquam a principio effectivo: eatenus enim eiusmodi virtutes theologales, aut divinae appellantur quatenus Deo nituntur et adhaerent tanquam motivum formale operandi, id est ad Deum inclinant tanquam ad finem, aut obiectum primarium suae inclinationis et a solo Deo in nobis sine nobis causantur. his sic praesuppositis, et praetermissa lite de obiecto quod materiali spei supernaturalis: in praesenti tantum modo inquiritur quodnam sit obiectum quo formale spei theologicae, seu ratio formalis motiva voluntatis, ad sperandam beatitudinem obiectivam spe supernaturali aut theologica = cuius resolutionis aut huius theologi divisi sunt in tres sententias principales.

1.a Sent. 1.a Sententia affirmat arduitatem aut difficultatem assequibilitatis repertam in obiecto beatifico esse rationem formalem specificandi spem theologicam, cum per huiusmodi arduitatem distinguatur obiectum spei ab obiecto charitatis, et ab obiecto desiderij, quod licet versetur circa bonum possibile futurum non tamen exigit ex parte obiecti desiderabilis aliquam specialem arduitatem, aut difficultatem: hanc tenet Paludanus in 3. dist. 26 cui subscribunt Durandus ibidem et alij antiqui.

Fundamenta autem quibus suam tenent sententiam, haec

1.m fundam. 1.e Sent. sunt: illud est obiectum quo formale motivum spei supernaturalis, et cuiusvis alterius actus aut habitus, a quo formaliter desumitur formalis et specifica distinctio ipsius; sed motivum spei supernaturalis distinguitur formaliter a desiderio, et amore et reliquis motibus affectivis per habitudinem ad obiectum arduum et eminens: ergo arduitas seu eminentia obiecti beatifici est ratio formalis motiva, aut specificativa spei supernaturalis: maior dicitur, et min. probatur: non eatenus spes distinguitur a desiderio quod illa respicit bonum possibile futurum arduum et difficile assequibile: desiderium vero tantum exigit bonum futurum et omnino abstrahendo ab arduit. aut difficultate ipsius: ergo non datur aliud distinctivum formale quo formaliter distinguatur obiectum sperabile ab obiecto desiderabile nisi sola arduitas rei sperandae: et proinde beatitudo constituitur formaliter sperabilis medio arduitate

aut

aut difficultate reperta in eius adeptibilitate.

1a probatio — Probatur, et explicatur hoc: non eatenus gloria corporis non speratur a Beato spe supernaturali ipsius sumpta, quatenus acquisita gloria essentiali iam non comparat Beato ut bonum arduum et difficile: ergo motivum formale supernaturalis spei est arduitas aut difficultas rei sperandae: Consequentia probatur, quia actus alicuius virtutis, aut habitus nequit destrui ceteris paribus nisi ob aliquem defectum sui formalis specificativi: ergo si gloria corporis, quae in se est obiectum motivum spei supernaturalis redditur incapax ad terminandum actum spei theologicae ob praecisum defectum aut carentiam arduitatis, hinc desumitur arduitatem esse formale motivum illius.

2a probatio — 2o probatur: ita comparatur bonum arduum intelligibile ad spem supernaturalem inhaerentem voluntati; sicut passio spei residens in irascibili ad bonum sensibile; sed spes residens in irascibili respicit ut formale motivum et specificativum arduitatem boni sensibilis, et non eius bonitatem: ergo spes supernaturalis non specificatur a bonitate aut bonitate boni beatifici, sed ab eius arduitate aut difficultate: Probatur minor: nam obiectum formale spei sensibilis residentis in irascibili debet esse aliqua differentia detracta obiecti irascibilis; cum passionem spei non inclinet potentiam irascibilis extra latitudinem sui obiecti formalis: sicut nullus habitus residens in intellectu potest illum detrahere extra rationem formalem sui obiecti specificativi, licet illum detrahat ad differentiam specialem eiusmodi obiecti; sed nullum bonum specificat irascibilem nisi ratione arduitatis etenim irascibilis differt a concupiscibili per hoc quod respicit bonum arduum; et concupiscibilis bonum conveniens abstrahendo ab arduitate, ac proinde spes residens in irascibili respicit ut formale specificativum arduitatem boni, et non convenientiam aut bonitatem ipsius.

2a sententia — 2o Sententia asserit obiectum motivum spei esse Deum ut summe amabilem amore concupiscentiae, seu bonitatem Dei ut nobis commodam ad nostram utilitatem, aut perfectionem: unde auctores huius sententiae non distinguunt inter motivum formale desiderii et spei; nec spem supernaturalem ab amore concupiscentiae aut desiderii: ita discurrunt Scotus in 3o dist. 26 Gabriel ibidem. Suarez in spe sent. disp. 2o sect. 1o Granados, Oviedo, et alii recentiores Iesuitae

1a probatur — Innituntur tamen his rationibus: non Beatitudo obiectiva quatenus nos apprehendimus ut bonum nostrum seu ut commodum nostrae utilitati, efficaciter trahit desiderium supernaturale; cum voluntas nostra apprehensa convenientia beatitudinis supernaturalis illam sibi desiderat et concupiscit desiderio absoluto et supernaturali; sed eiusmodi desiderium est actus elicitive procedens a spe supernaturali: ergo motivum formale sperandi supernaturalis est bonitas obiecti ut nobis commoda ad nostram utilitatem: Probatur minor: non desiderium

supernaturale

supernaturale quo voluntas desiderat obiectum beatificum seu bonitatem ipsius ut commodum nobis seu nostrae utilitatis est actus virtutis theologalis, cum habeat honestatem desumptam a Deo tanquam ab obiecto immediato: sed non datur alia virtus theologica a qua procedat praeter spem, non enim elicitur a fide ut patet per se, neque a charitate, cum haec terminetur ad bonitatem per se ipsam et non respiciat Deum ut bonum nostrum: ergo desiderium quo voluntas nostra desiderat et concupiscit nobis bonum beatificum est formalis motus spei supernaturalis et consequenter spes formaliter specificatur a bono ut amabili amore concupiscentiae.

1a confirmatio

Primo confirmatur: quia spes supernaturalis est habitus elevativus voluntatis intra sphaeram sui obiecti specificativi: ergo elevat illam ad aliquam differentiam contractivam boni ut communis: sed bonum commune sumptum adaequate dividitur in bonum amicabile et concupiscibile: ergo si bonum divinum ut amicabiliter diligendum per se ipsum non specificat formaliter spem supernaturalem necesse est ut illam specificet sub ratione boni concupiscibilis, seu boni commodi nostrae utilitatis. = 2° confirmatur et declaratur quod nullo modo potest elevari ultra sphaeram sui obiecti adaequati, seu specificativi sed adaequatum obiectum voluntatis est ratio boni in communi: ergo nequit voluntas elevari per spem, aut aliam virtutem ad aliquam rationem motivam non contentam aut comprehensam sub aliqua ratione, aut specie contracta boni; et idcirco si ratio formalis specificativa spei non est bonitas ut commodum et amandum amore amicitiae necessarium est ut sit eiusmodi bonitas ut concupiscibilis amore concupiscentiae cum bonum commune sumptum adaequate dividatur in bonum amicabile, et concupiscibile.

2a confirmatio

2° confirmatur: quia nullus actus potest elici a voluntate qui non sit specialis amor, aut qui non contineat aliquam differentiam contractivam amoris in communi; sed motus spei supernaturalis est actus, aut affectus specialis voluntatis erga beatitudinem obiectivam: ergo est quaedam species amoris supernaturalis, qua voluntas speciali modo amat beatitudinem et eius consequutionem: sed non est amor amicitiae ut patet per se ergo est amor concupiscentiae: et consequenter specificatur a bono divino sub illa ratione qua eiusmodi bonum specificat amorem concupiscentiae; ac proinde obiectum formale quo spei supernaturalis est bonum divinum ut amabile amore concupiscentiae: minor patet, consequentia etiam, et maior probatur dupliciter: primo ex D. Tho. loco superius allegato ubi docet amorem transcendere quemcumque actum voluntatis, et idcirco desiderium esse amorem anhelantem

+ ad fruendum obiectum amatum; et gaudium aut delectationem esse amorem quiescentem. = 2° probatur eadem maior: quia quemadmodum intellectus inclinatur ad intelligendum verum; sic voluntas fertur ad amandum bonum sub ratione boni; sed nullus actus potest elici ab intellectu circa verum qui non sit formaliter intellectio: aut qui non contineat aliquam differentiam contractivam intellectionis in communi: ergo nullus potest elici a voluntate qui non sit actus amoris amicitiae

aut

aut concupiscentiae.

3° Probatur: affectus spei supernaturalis consistit in motu quo voluntas efficaciter movetur ad finem ultimum creaturae rationalis; sed motus quo voluntas tendit in finem formaliter specificatur a bonitate qua finis constituitur appetibilis, et idcirco attrahit vim voluntatis: ergo formale motivum spei supernaturalis est bonitas beatitudinis obiectivae sub illa ratione qua est satiativa nostrae inclinationis, et consequenter sub illa ratione sub qua aliquando nos specificat quietem quae terminat motum, specificat etiam motum persecutionem ad huiusmodi quietem ut patet in motibus naturalibus aquae, lapidis et ceterorum elementorum; nam centrum vel locus naturalis aquae verbi gratia sub ratione proportionis naturalis quietat aut satiat inclinationem aquae; ita eadem proportio specificat motum ipsius quando existit extra centrum: ergo si Beatitudo obiectiva ratione propriae bonitatis ut possessa specificat gaudium et satiat appetitum, eadem etiam bonitate motum spei; et sicut bonum divinum ut possessum ratione bonitatis ut commodum aut convenientis causat gaudium aut delectationem beatificam, ita eadem bonitas ut futura specificat motum spei. 3a probatio

4° Probatur: nam actus spei supernaturalis consistit in desiderio efficaci Beatitudinis nobis possibilis secundum doctrinam communem theologorum; atque desiderium specificatur a bonitate rei desiderabilis ut convenientis utilitati desiderantis: ergo motivum formale spei supernaturalis est bonitas beatitudinis obiectivae ut relata ad nostram utilitatem et convenientiam. Minor constat ex dictis. Maior probatur: nam licet spes supponat amorem aut desiderium inefficax Beatitudinis, non tamen supponit desiderium efficax tendens executive et efficaciter ad executionem Beatitudinis, cum perfectio spei solummodo addat super desiderium communiter sumptum efficaciam, aut determinatum modum desiderandi: ergo motivum spei formaliter consistit in desiderio efficaci Beatitudinis; et idcirco si omne desiderium quatenus est efficax specificatur a bonitate rei desiderabilis et convenienti nostrae utilitati, idem debet dici de motivo spei. 4a probatio

Urgebis maiorem: nam desiderium efficax quatenus distinguitur a desiderio inefficaci, aut conditionato convenit cum spe et destruitur per desperationem; ergo spes formaliter consistit in affectu desiderii efficacis et distincti a desiderio inefficaci, et consequenter si Beatitudo constituitur efficaciter desiderabilis per suam bonitatem ut nobis convenientem, etiam constituitur sperabilis eiusmodi bonitate ut relata ad nostram utilitatem. Probatur antecedens: nam desiderium efficax non solum exigit existimationem de bonitate obiecti desiderabilis, verum etiam petit ut huiusmodi obiectum apprehendatur ut possibile, aut assequibile, cum ad impossibile apprehensum ut tale non tendat voluntas desiderio efficaci: ergo desiderium efficax formaliter convenit cum spe, et consequenter utrique debet assignari et convenire idem obiectum motivum formale.

3° Sententia docet motivum formale sperandi esse theologicum esse omnipotentiam Dei inclinatam ad auxiliandum nobis, quo constituitur Beatitudo 3a sententia et vera

aeterna

Æterno nobis posito, aut a nobis assequibilis, et idcirco a nobis sperabilis spe super-
naturali: hanc tenent Thomistæ, quatenus in eorum scriptis non reperiatur exacte explic-
atum quid intelligat per omnipotens auxilians, an solum atributum ipsius præcise
sumptum, an vero omnipotentia associata misericordia qua Deus inclinatur ad auxili-
andum nos miseros.

Ad 2am meæ prælectionis partem deveniendo sequentibus dictis præ-
fatas sententias præter ultimam quam eligam impugnabo.

1um dictum. Vel motivum formale cui innititur spes supernaturalis aut
1um dictum objectum formale spei specificativum non est arduitas objecti sperabilis: est contra Paludanum
et Durandum ubi supra authores 2æ sententiæ: et probatur 1o. non motivum formale spei
debet esse ratio objectiva distinctiva ipsius a reliquis habitibus, cum distinctio
virtutis desumatur a motivo formali; sed arduitas boni sperabilis non distinguit spem
ab aliis virtutibus: ergo non est ratio formalis objectiva aut specificativa spei super-
naturalis. probatur minor ex D. Tho. in præsenti art. 5 ad 4um ubi asserat arduitatem esse
conditionem communem ex parte objecti debitativi spei et magnanimitatis; asserit enim magnani-
mitatem tendere in bonum arduum sub ratione boni acquisibile potestate propria ipsius
magnanimitatis; spem vero theologicam respicere bonum arduum alterius ope assequen-
dum: ergo arduitas seu difficultas est conditio communis objecto spei et magnanimitatis
et idcirco nequit esse ratio distinctiva objecti spei ab objecto alterius virtutis.

2o probatur conclusio non motivum formale spe-
2a probatio cificandi spem supernaturalem debet esse aliqua ratio intrinsece attractiva seu attractiva
voluntatis ad sperandum assequutionem Beatitudinis; sed arduitas aut difficultas objectivæ Be-
atitudinis non est ratio tertiam inducens, aut attractiva voluntatis ad securam sperandam
assequutionem Beatitudinis objectivæ: ergo nullatenus est motivum sperandi supernaturalis.
major constat discurrendo in motivis formalibus reliquarum virtutum: ratione enim motivum
formale fidei infusæ aut supernaturalis est veritas divini testimonii quod hæc ratione sua
omnimodæ infallibilitatis detrahit, attrahit, et invitat intellectum credentis ad certissime
credendum, et ad hærendum rebus creditis [illegible]: et minor etiam probatur non difficultas, aut ardu-
itas boni assequibilis opposita voluntati potius est repulsiva voluntatis, aut retar-
dans ipsam ab assequutione, quam attractiva ipsius, cum experientia constet plures desistere
a prosecutione, aut exequutione aliquorum bonorum apprehensa eorum arduitate aut difficultate
et idcirco arduitas boni præcise sumpta magis invitat, aut inducit animum ad
sperandum [illegible], aut pusillanimitatem quam ad sperandum.

3o probatur non quemadmodum in objecto sperabili
3a probatio spei theologicæ requirit arduitas aut difficultas: ita in re credibili fide supernaturali

requiritur

requirit invisibilitas aut obscuritas: sed obscuritas rei credibilis non est ratio formalis motiva aut specificativa fidei supernaturalis: sed infallibilitas divinae veritatis quo superat eiusmodi defectus: ergo motivum formale spei supernaturalis non est arduitas obiecti sperabilis. sed medium obiectivum ratione cuius ratione huius supernaturalis eiusmodi arduitas, seu quo bonum sperabile, non obstante eius difficultate movet et attrahit voluntatem ad sperandum. Nego antecedens rei sperate: maior constat, cum minor, et consequentia etiam probatur: nam eatenus obscuritas rei credibilis non est ratio motiva, aut specificativa fidei divinae quia de se non est ratio [illegible], aut attrahens intellectum ad certitudinaliter assentiendum rei credibili, sed potius retardans aut prohibens assensum, sed sicut intellectus retardatur ab assensu veritatis ratione obscuritatis; ita voluntas desistit a conatu ad assequendum bonum ratione arduitatis nisi proponatur illi aliquod medium potens vincere eiusmodi arduitatem: ergo sicut obscuritas rei credibilis non est ratio formalis specificativa fidei, ita nec arduitas obiecti sperabilis est ratio specificativa spei supernaturalis.

Sit 2° 3°: ratio formalis specificativa spei supernaturalis infusae non est praecise bonum divinum ut amabile amore concupiscentiae sive ut commodum nostrae utilitatis est 3a aut bonum 2a sententia: et probatur 1° ex D. Tho. in 22 q. 17 art. 2 et 2° ubi expresse assignat pro motivo formali spei supernaturalis bonum divinum quatenus habet rationem primi aut causae auxiliantis nobis ad consequendum Beatitudinem, et idcirco in art. 6. in corp. asserit, quod sicut per charitatem voluntas inhaeret Deo per se ipsum, ita per spem innititur divino auxilio ad beatitudinem obtinendam: ergo ex mente divi Thomae sicut bonitas divina in se est motivum formale charitatis, ita bonum divinum ut auxilians ad consequendam Beatitudinem est motivum formale ad sperandum supernaturaliter; sed bonum divinum sub ratione principii auxiliantis non est formaliter bonum amabile amore concupiscentiae: ergo spes supernaturalis non innititur tanquam primo formali bonitati divinae ut praecise amabili amore concupiscentiae. 2° 3°

Explicatur hoc: nam in obiecto adaequato cuiusvis virtutis ut cum communi sensu theologorum distinguendum debet obiectum quo motivum ab obiecto quod terminativo quod aperte patet in obiecto fidei divinae, cuius obiectum materiale terminativum est res creata et obiectum quo formale motivum est medium quo res creata assumitur [illegible] ut possit credi seu ut [illegible] digna ut credatur; sed obiectum quod terminativum spei supernaturalis est bonum divinum ut amabile amore concupiscentiae, seu ut commodum nobis ad nostram utilitatem: ergo huiusmodi motivum formale non est huiusmodi bonum sub praecisa ratione boni concupiscibilis; sed medium ratione cuius voluntas erigit et roborat ad expectandum eiusmodi bonum: unde qui affirmant bonum divinum ut concupiscibile amore concupiscentiae esse obiectum formale quo spei supernaturalis, confundunt obiectum motivum cum obiecto terminativo, et non distinguunt inter res sperabiles

et

et rez frale quo sperandi.

2a probatio — 2o pt. ratio fundata in doctrina D. Tho. qd distinctis et diversis actibus assignari debent distincta et diversa motiva formalia; cum distinctio actuum sumatur ab distinctione obiecti formalis motivi, ut perse constat; sed motivum formale quo divinum constituit terminativum desiderij, seu amoris concupiscentiae, qui est actus voluntatis formaliter distinctus a motu spei supernaturalis, est bonitas divina ut conveniens voluntati amantis: ergo huiusmodi bonitas sub praecisa ratione bonitatis concupiscibilis non est obiectum formale quo specificandi spem ut distinctam ab amore. Minor constat; tum desiderium sit amor concupiscentiae, aut quidam amor anhelans ad bonum futurum ut conveniens amanti; et idcirco eius formale motivum est bonitas obiecti ut commoda voluntati, aut perfectioni amantis.

replica diluitur — Nec obstat si respondeat ab adversarijs dicendo spem formaliter non distingui a desiderio absoluto et efficaci ipsius voluntatis, et idcirco illis non sufficere distinctionem obiecti formalis aut motivi; et sicut sicut Beatitudo obiective constituit desiderabilem desiderio supernaturali, aut concupiscibilem amore concupiscentiae per suam bonitatem ut commodam voluntati amantis, ita constituit sperabilem eadem bonitate; et sicut sicut motivum formale desiderandi Beatitudinem est bonitas divina amabilis amore concupiscentiae, ita motivum formale sperandi, seu expectandi eandem Beatitudinem erit eadem bonitas, cum spes sit essentialiter quaedam species desiderij, seu amoris concupiscentiae.

reijcit 1o. — Sed haec solutio non valet 1o. non ut docet D. Tho. in 3. dist. 26 art. 3o. quaestiuncula 2a et 3a: desiderium Beatitudinis non est formaliter spes; sed est quidam affectus voluntatis praesuppositive se habens ad spem sicut cognitio ad amorem, et desiderium: ergo falsum est motivum spei essentialiter esse indistinctum ab amore concupiscentiae seu a desiderio, et sicut sequitur spem ex parte obiecti respicere idem motivum formale, ac desiderium, cum distinctis actibus debeant correspondere distincta obiecta formalia.

2o reijcit — 2o impugnatur: non obiectum spei addit supra obiectum desiderij specialem difficultatem ratione cuius petit specificare distinctum actum: ergo nullatenus debet confundi spes cum desiderio; et sicut sunt actus respicientes distincta obiecta formalia: probans ex D. Tho. 1.2ae q. 27 art. 2o. in corp. ubi aperte affirmat actum spei addere supra actum desiderij arduitatem, seu difficultatem, et idcirco spem non esse formaliter desiderium, aut simpliciter tendentiam appetitus ad bonum sibi conveniens, sed quandam conatum aiq ad consequendum bonum difficile, aut arduum; et sicut sicut qd licet motivum formale appetendi, aut desiderandi aliquod obiectum sit eius bonitas apprehensa ut conveniens appetenti motivum tamen formale conandi, aut elevandi aiq ad vincendum difficultatem retardantem

a consequutione

ā consequutione boni difficilis non est eius bonitas praecisa, aut convenientia; sed possibilitas aut consequibilitas ipsius; sed bonum arduum non distinguitur a nobis consequibile praecise ratione suae bonitatis, aut convenientiae; sed potestate ipsius illius, qui potest nobis huiusmodi bonum communicare: ergo falsum est motivum formale sperandi esse indistinctum formaliter a motivo desiderij.

3º impugnatur, non spes supernaturalis consequendi Beatitudinem quoad actus et habitus destruitur per desperationem eiusdem Beatitudinis; sicut fides per infidelitatem; sed desiderium Beatitudinis non destruitur per desperationem: ergo spes distinguitur a desiderio: probatur minor ex D. Tho. 1. 2. q. 40. art. 4. ad 3. ubi aperte docet desperationem esse recessum voluntatis a re desiderata per estimationem impossibilitatis ipsius: unde desperatio de consequutione boni non destruit desiderium: nec de eo quod cadit sub nostro desiderio possumus habere spem aut desperationem ut ibidem asserit D. Tho: ergo desiderium quo absolute desideramus Beatitudinem obiective distinguitur formaliter a spe, qua secure expectamus consequutionem eius et consequenter spes et desiderium respiciunt motiva formalia formaliter distincta. 3º reijcit

Nec satis facit si respondeas cum contrarijs dicendo quod etsi per desperationem non destruatur desiderium conditionatum beatitudinis, attamen adveniente desperatione consequutionis alicuius boni absolute destruitur desiderium absolutum et efficax ipsius: et consequenter non distinguitur formaliter motivum spei ab affectu desiderij efficacis et absoluti. obiectio

Non inquam satis facit haec solutio: nam experientia constat, plures absolute et non solum conditionate desiderare salutem animo constitutos in extremo mortis periculo de cuius consequutione desperant per apprehensionem impotentiae ad evadendum eiusmodi periculum ergo non solum in possibili est desperatio cum desiderio conditionato boni consequibilis verum etiam cum desiderio absoluto; et consequenter desiderium absolutum boni possibilis distinguitur a spe quo voluntas expectat eius consequutionem. reijcit 1º

2º reijcit eandem solutionem: nam ad rationem desiderij absoluti ut distinctum a desiderio imperfecto et conditionato sufficit iudicium absolutum de absoluta possibilitate aut convenientia boni; sed perseverante desperatione de consequutione boni ardui et difficilis datur de facto iudicium de absoluta possibilitate ipsius: ergo non destruitur desiderium absolutum Beatitudinis per desperationem quae voluntas recedit ab eius consequutione: maior constat; nam desiderium absolutum tendit ad bonum ut possibile ut conveniens, et possibilitas absoluta in quo distinguitur a desiderio inefficaci, aut conditionato, quod nullatenus exigit expresse obiecti possibilitatem absolutam, cum plura sint impossibilia conditionato desideremus ut experientia patet et minor probatur nam in illo qui de facto desperat de consequutione Beatitudinis, perseverat tamen fides, quae indicat Beatitudinem esse absolute possibilem omnibus viatoribus: alioquin fides quae indicat Beatitudinem esse absolute possibilem, et Deum esse omnipotentem ad salvandum quamcunque creaturam rationalem destrueretur per desperationem: quod directe adversatur doctrinae D. Tho. reijcit 2º

22 q. 2o art. 2 qui aperte docet spem posse separari cum desperatione: ergo iudicium de absoluto possibilitate Beatitudinis separabile est cum desperatione eiusdem consequutionis.

Vltimo reijcitur solutio: non spei supernaturali non solum opponitur desperatio de consequutione Beatitudinis, verum etiam praesumptio, cum desperatio opponatur spei secundum affectum, praesumptio vero secundum excessum quo quis inordinate sperat Beatitudinem ex vi misericordiae Dei sine bonis operibus; sed praesumptio non opponitur desiderio absoluto Beatitudinis, cum sit certum neminem posse ordinate aut inordinate expectare Beatitudinem absque eius desiderio, sicut enim voluntas nequit desiderare quod non amat simplici amore, ita nequit praesumere de consequutione obiecti, quod sibi absolute non desiderat.

Vltimo reijcitur

Confirmatur: non actus aut habitus quibus opponuntur vitia specie formaliter diversa formaliter distinguuntur, et idcirco respiciunt motivum formaliter diversum sed amori concupiscentiae quo absolute desiderat Beatitudo obiectiva, et spei, qua secure expectatur eius consequutio, opponuntur vitia specie formaliter diversa: ergo huiusmodi actus sunt formaliter diversi, et consequenter spei feruntur a motivis formaliter distinctis: minor patet non amori concupiscentiae quo quis desiderat sibi desiderio absoluto Beatitudinem opponitur formaliter odium aut voluntaria abominatio eiusmodi Beatitudinis, cum oppositum cuiuslibet speciei amoris, si sit amor stricte sumptus, sit odium: spei autem non opponitur directe odium, sed desperatio consistens in recessu voluntatis a consequutione propter estimatum eius impossibilitatem; sed odium et desperatio sunt vitia formaliter diversa: ergo spes et desiderium sunt actus quibus directe opponuntur opposita formaliter distincta.

3o dico vero formalis, sub quo innititur securitas spei supernaturalis, et a quo

3o dico et verior sententia.

formaliter specificatur spes theologica est obiectum divinum sub ratione auxiliantis, seu obiectum ut praeparatum ad auxiliandum nobis ad consequendam Beatitudinem non obstante eius arduitate et difficultate: haec dico est communis inter theologos, et expressa Sancti Thomae in 22 q. 17 art. 6. in corp. ubi docet spem esse virtutem theologicam, et distinctam a ceteris virtutibus theologicis, quia adhaeret Deo, et innititur auxilio eius ad beatitudinem obtinendam; sicut charitas adhaeret bonitati divinae propter se ipsam et fides veritati divinae: ergo ex mente D. Thomae eodem pacto, quo bonitas divina propter se concurrit ad specificandam charitatem et veritas divini testimonij ad fidem ita concurrit Deus sub ratione proprij auxiliantis ad specificationem spei: sed certum est Deum ratione summae bonitatis propter se diligibilis esse obiectum charitatis formale et rationem summae veritatis esse obiectum specificativum fidei, aut eius formale motivum: ergo ratione summae fidei auxiliantis erit specificativum spei, aut eius formale motivum.

Ita docet expressius in disputatis q. unica de spe art. 1 in corpore his verbis: sicut formale obiectum fidei divinae est veritas prima per quam sicut per quoddam medium assentit his, quae creduntur, ita formale obiectum spei est auxilium divinae potestatis et pietatis, propter quod tendit motus spei in bona sperata quae sunt

obiectum

obra maalia ipsius: ergo ex D. Thom. sicut motivum formale credendi sibus veritatibus 6
revelatis a Deo est summa infallibilitas divina veritatis: ita motivum formale sperandi
Beatitudinem supernaalem et bonum bono supernaali sperato est summa eficacitas divini
auxilii, quo Beatitudo constituitur a nobis assequibilis non obstante eius excessu, et arduitate.

2o prob. 2o rone. quia illud est motivum sperandi super 2o prob.
naalis cui innititur securitas spectandi a Deo assequutionem Beatitudinis obiective; sed ratio forma-
lis cui innititur securitas expectandi a Deo Beatitudinem est omnipotentia Dei propensa ad
efficaciter et misericorditer auxiliandum nobis ad Beatitudinem consequendam: ergo ratio formalis
motiva, aut specificativa spei theologicae est omnipotentia divina propensa aut inclinata
ad auxiliandum nobis: mai. constat: quia spes theologica secundum se est habitus secundum se determinans
voluntatem ad secure expectandam Beatitudinem obiectivam, quae est primarium obiectum quod tractivum
ipsius, et idcirco eius motivum formale erit medium cui formaliter innititur securitas huiusmodi
expectationis, sicut motivum formale fidei divinae est medium obiectivum cui innititur certitudo ipsius
et min. prob.: quia eatenus: quia eatenus movemur ad securam expectationem Beatitudinis super-
naalis quatenus apprehendimus Deum esse omnipotentem ad superandas difficultates retar-
dantes illius executionem; et misericordem aut propitium nobis, aut inclinatum ad iuvandam nostram
infirmitatem, quae indiget divino gratuito auxilio ad obtinendum tam arduum et eminens bonum
cuiusmodi est assequutio summi boni: ergo motivum formale cui innititur securitas sperandi
vi, seu expectandi Beatitudinem est omnipotentia per misericordiam inclinata ad auxiliandum nobis
in ordine ad assequendam eiusmodi beatitudinem, et idcirco eiusmodi obiectum formale quo spei
supernaalis est omnipotentia divina sub ratione propria auxiliantis. 3o prob.

3 prob. quia eatenus summa veritas divini
testimonii est formale motivum cui innititur certitudo fidei divinae quod per huiusmodi veritatem
constituitur Deus infallibilis veritatis in testificando, et idcirco res testificata et revelata
est digna ut credatur assensu certo et infallibili; sed per omnipotentiam divinam inclinatam ad auxili-
andum nobis constituitur Beatitudo a nobis practice assequibilis: ergo per huiusmodi
omnipotentia constituitur sperabilis spe theologica: et tenet obiectum formale motivum spei theologicae est
omnipotentia divina quatenus est prona propensa aut inclinata ad auxiliandum nobis ad assequendam
Beatitudinem: min. constat: quia Beatitudo supernaalis non est a nobis acquisibilis propria et
connaturali potestate: praesumptionis esset expectare Beatitudinem, aut conari ad assequendum
boni infiniti nostra potestate et idcirco solummodo potest proponi ut practice assequibilis
potestate et pietate Dei; et haec prob.: quia quemadmodum veritas secundum se non apparens inevidens
cuiusmodi est veritas fidei redditur a nobis credibilis solo testimonio Dei, qui nec falli po-
test nec fallere, ita bonum arduum et infinitum non subiectum nostrae potestati cuiusmodi est
Beatitudo obiectiva solummodo constituitur a nobis assequibilis potestate illius qui potest et
vult illud nobis communicare: ergo quemadmodum motivum formale credendi veritatibus re

velatis

revelatis supernaturalibus a nobis non visis est summa veritas: ita similiter motivum formale sperandi Beatitudinem supernaturalem non dubiam nostra potestati est summa efficacia divinae opis inclinatae ad auxiliandum nobis ad eius consequutionem

2ª confirmatio — 2º confirmatur: illud est obiectum formale motivum spei supernaturalis in quo ultimo resolvitur securitas spei qua distinguitur ab aliis affectibus voluntatis sed illud in quod resolvitur securitas spei est opis sub ratione auxiliantis, aut potius Dei inclinatio, aut praeparatio sua misericordia ad auxiliandum nobis ad consequutionem Beatitudinis: ergo formale motivum spei theologicae est opis divina sub ratione auxiliantis. minor. constat discurrendo de ceteris virtutibus quibus assignatur motivum formale, illud in quod ultimo resolvitur perfectio actus virtutis: ideo enim motivum formale fidei est veritas divina et non aliud attributum: quia certitudo fidei ultimo resolvitur in veritatem Dei: et minor probatur si quis interroget quare secure sperat Beatitudinem non obstante eius arduitate, et difficultate, recte respondebit quia iudicat esse assequibilem a se, et ipsi praeparatam mediante divina opis inclinatione ad sibi auxiliandum: non recte respondebit aliquis dicendo secure expectare Beatitudinem quia iudicat esse bonum congruum et conveniens ad eius utilitatem, alioquin quilibet prudens speraret quodlibet bonum sibi proficuum vel utile, et conveniens: quod nil falsius excogitari potest: quamvis enim quilibet simplex sacerdos iudicet dignitatem Cardinalitiam esse sibi commodam aut utilem et decisive eam concupiscat sibi, non tamen absque nota stultitiae potest huiusmodi dignitatem sperare, non alia ratione nisi quia non apprehendit potestatem summi Pontificis inclinatam ad decidendam sibi talem dignitatem: ergo securitas spei supernaturalis ultimo resolvitur in decementia rei speratae, sed in potestatem illius cuius auxilio redditur huiusmodi res practice assequibilis: et consequenter securitas spei theologicae ultimo resolvitur in opem divinam inclinatam ad auxiliandum nobis ad consequendam Beatitudinem.

ultimo dico — Ultimo dico obiectum quo formale spei theologicae, quod consistit in opis divina sub ratione auxiliantis assignatae coalescit ex duplici attributo divino nimirum ex opis et misericordia: unde nec opis sine misericordia, nec haec sine opis potest esse adaequatum motivum sperandi spei supernaturali: haec ut conclusio expresse non reperitur in scriptis nostris Thomistarum videtur tamen consona illorum doctrinae nam communiter ab omnibus asseritur motivum formale spei supernaturalis esse divinam opem sub ratione auxiliantis, seu divinam opem inclinatam et praeparatam ad auxiliandum nobis; sed divina opis et inclinatio ad auxiliandum nobis non est opis praecise sumpta, sed opis associata divinae misericordiae qua Deus inclinatur ad sublevandam nostram miseriam, et inopiam, cum Deus ratione praecise opis sit indifferens ad auxiliandum, hoc est, ad premiandum, et puniendum; ac proinde reliqui Thomistae videntur consentire nostrae dicto quamvis illam in terminis expresse non assignant

Probatur 1º ratio dicti authoritate D. Thomae in disputatione de spe art. 1º in corp. ubi ait motivum formale spei est auxilium divinae potestatis et

pietatis

q. motivus spei tendit in bonum speratum: ex quibus verbis pt. in motivo formali spei non solus relucere potestatem absolutam Dei, sed etiam pietatem aut misericordiam, qua paratus est Deus nostram miseriam sublevare, et adiuvare imbecillitatem ad consequendam Beatitudinem.

2° pt. ratione: non illud est formale motivum spe- 2° probo.
randi supernaturalis, cuius apprehensione voluntas per spem inclinatur ad secure expectandum conse-
cutam Beatitudinem: ergo motivum formale spei supernaturalis adaequatum non est sola potentia Dei, sed
adaequate coalescit ex misericordia et potentia: pt. minor: nam speraret Beatitudinem illam
secure non expectaret nisi indicaret Deum esse non solum omnipotentem ad posse sibi absolute
offerre tam arduum bonum, verum etiam sibi propitium, et ergo se inclinatum ad misericordiam adiu-
vandam eius impotentiam, imprudenter enim procederet, qui secure expectaret ab aliquo bono
ex solo ordinatam potentiam, aut potestatem illius, nisi simul indicaret eiusmodi potentem esse
sibi propitium et ergo se inclinatum per pietatem, aut misericordiam: ergo motivum formale spei
a Deo beatitudinem supernaturalem non est sola potentia, qua Deus absolute potest per-
ducere nos ad Beatitudinem, sed etiam misericordia, qua eius potentia absolute inclinatur ad
nobis auxiliandum. 2° probo.

Confirmatur 1°: ut aliquis secure expectet a Deo consequutionem Beatitudinis, necessarium
est ut indicet Deum esse potentem ad superandas difficultates retardantes ab eius consequutione
et insuper affective inclinatum ad communicandum nobis de facto media, aut auxilia per-
ductiva ad Beatitudinem: sed Deus sua potentia est potens ad superandum efficaciter omnes
difficultates impedientes consequutionem Beatitudinis, et sua misericordia est inclinatus, aut
praeparatus ad nobis auxiliandum: cum sola potentia denotat Deum absolute potentem respectu
cuiuscunque effectus possibilis, non vero primo inclinatum, aut paratum ad consequutionem Beatitu-
dinis: ergo motivum formale cui innititur securitas spei supernaturalis non est sola potentia Dei, 2° confirmo.
sed coalescens ex potentia, et misericordia.

2° confirmatur: non ex communi sententia Theologorum ille cui fieret de facto
revelatio suae damnationis non potest nec tenetur sperare Beatitudinem: sed defectus potentiae
ad sperandum in hoc casu non procederet ex defectu indicii, quo indicat Deum esse absolute
potentem ad offerendam Beatitudinem: sed ex defectu indicii quo respective. supplementum tali
revelatione requiritur indicare Deum de facto esse inclinatum per suam misericordiam ad sal-
vandum illum, seu ex cognitione qua cognosceret misericordiam Domini esse sibi negatam, et iu-
stitiam Domini sibi praeparatam: ergo motivum formale cui innititur spei supernaturalis securitas non
est sola potentia Dei, sed potentia ut decreta per misericordiam: maior constat ex mis. etiam
non in illo cui fieret revelatio de suo damnatione non cessaret indicium formale fidei, quo, quo-
unque fideli indicat Deum esse absolute potentem ad salvandos omnes homines, sed solummodo
destrueret indicium particulare de actuali praeparatione misericordiae, ergo illius, cum in hoc
casu respective indicaret Deum ergo se non exercere affectum misericordiae, sed rigorem iustitiae
Domini, quo Deus vult punire peccatorem propter culpam: et confirmatur 2°: non perseverante motivo

adaequato

adaequate alicuius virtutis perseverat, possibile est operatio huiusmodi virtutis, ut patet per [exem]plum ergo si in illo cui facta est revelatio de sua damnatione desinere esse possibile ad sperandum ex praecise illo indicii defectu indicantis Deum de facto esse ergo se inclinatum per misericordiam; et ex defectu apprehensionis divinae omnipotentiae necesse est asserere solam omnipotentiam non esse adaequatum motivum sperandi supernaturalis, alioquin sola consideratio omnipotentiae moveret reprobum ad sperandam Beatitudinem.

Urgetur magis: non motivum adaequatum spei supernaturalis debet esse ratio obiectiva de facto movens, sive aliciens voluntatem ad sperandum, et non indifferens ad specificandum motum spei et alios affectus voluntatis: sed omnipotentia divina secundum se, sive separata a misericordia divina non movet, nec allicit de facto voluntatem ad sperandum; sed indifferenter potest movere ad sperandum et timendum: ergo necesse est ut cum omnipotentia ingrediatur misericordia ad specificandum spem, ut distinguatur a reliquis affectibus voluntatis. minor probatur quia omnipotentia secundum se praecise a ratione misericordiae est prius indifferens potens ad praemiandum bonos et puniendos malos sub ratione omnipotentiae praecise sumpta non magis conveniat Deo potentia ad Beatificandum, quam ad puniendum. Sed omnipotentia divina quatenus inflictiva poenarum nequit movere aut allicere voluntatem ad sperandum a Deo consequutionem Beatitudinis, sed potius sub hac consideratione movet et detrahit ad timorem: ergo omnipotentia secundum se praecise considerata misericordia non movet de facto aut allicit voluntatem ad sperandum quamquam sed motivum timendi poenam aeternam est omnipotentia detracta ad infligendum illam per iustitiam punitivam, ita motivum formale sperandi a Deo vitam aeternam est omnipotentia ut inclinata ad auxiliandum ratione misericordiae, ac proinde ~~misericordia~~ secundum se omnipotentia non magis invitat ad spem, quam ad timorem.

3a pars praelectionis

Ad 3am meae praelectionis partem deveniendo argumentis 1o et 2o sententiae satisfaciam, et obiectionibus 3ae et verae opinionis si tempus permiserit, fiat satis.

Solutio 1i arg.ti 1ae sen[tentiae] Ad 1um 1ae sententiae ex desiderio maiorem et distinguo minorem: si spes supernaturalis distinguitur a desiderio, et a reliquis motibus affectivis per habitudinem ad obiectum arduum, sic ut arduitas sit conditio, aut proprietas exacta ex parte obiecti materialis, aut ... concedo minorem; ita ut sit ratio formalis motiva, aut formalis, et in ratione specificativa ipsius nego minorem et hoc aliud est conditio, aut proprietas obiecti specificabilis, aliud vero motivum formale, seu ratio obiectiva specificans motum spei ut possit motum spei ~~specificare~~ terminare; non arduitas, aut difficultas rei sperandae est quaedam conditio materialis necessario requisita ex parte rei sperabilis, seu denotatur a motivo formali spei, ut possit affectum trahere spei; et idcirco manifestativa distinctionis quo spes distinguitur ab aliis motibus affectibus voluntatis, non vero ratio motiva, aut formalis, aut in ratione specificativa ipsius; sicut verbi gratia non esse visum est conditio materialis obiecti fidei, et aliquomodo distinctivo ipsius ab

obiecto

obto vativo scilz; quia ex hoc ulterius sequar fidz formalis specificari ab obscuritate, aut invisibilitate obti credibilis, sed a veritate dni testimonij, licet huiusmodi veritas ut actualiter detrahat ad assensum fidei nullo obstet veritatis non visibilis, aut non apparentes eodem prorsus pacto dicendum est de obto spei asserendo arduitatem esse oditio obti materialis nullo onotatur a motivo formali spei, quod consistit in potestate dni et ipsius, quo virtute et supernaturali potest eiusmodi arduitas, sive difficultas, seu quo redditur bonum dnum consequibile non obstante eius arduitate, licet veritas a Deo revelata redditur credibilis assensum fidei non obstante eius arduitate.

2° potest respondendo absolute spem distingui ulterius ab alijs motibus affectivis per exigentiam obti ardui, aut difficilis, ut superius dolemus in probatione uz. dicit spes distinguatur a magnanimitate, etenim magnanimitas inclinat ad bonum arduum cum hac solo differentia a spe, quod magnanimitas conatur ad consequendum boni ardui et difficilis non excedentis simpliciter vires potestatis propriae ipsius qui magnanimiter operatur; spes vero solum inclinat ad bonum arduum aut difficile excedens potestatem propriam sperantis, et solummodo communicabile potestate aliena cuiusmodi est bonum dnum ad quod solo dna potestate potest pervenire creatura rationalis. 2 Dx

Ad 13 confirmationem dx quod specificari non solum distinguitur ex praecisa ratione, sed etiam ex praecisa destructione motivi formalis, verum etiam ex destructione alterius conditionis essentialiter connotatis a specificativo formali ex parte obti materialis aut rationis, ut patet in fide dna quae distinguitur a visione in beatis, non ex destructione obtiri veritatis a quo fides specificatur formaliter, sed ex destructione obscuritatis obtiri, quae essentialiter connotatur a dna revelatione ut possit actualiter specificare assensum fidei, ut distinctum ab assensu scientifico, quod veritas dna praecise sumpta non specificat fidem, sed quatenus testificando seu revelando decurrit ad veritatem obscuram, seu inapparentem: eodem plus modo est discurrendum de motivo formali sperandi supernaturaliter, quod licet consistat in potestate dna praeparata ad auxiliandum nobis, non tamen specificat spem sub praecisione ab obto materiali, sed quatenus est potestas adiuvans ad consequendum obti ardui et eminentis rationem sperantis, seu quatenus est potestas superativa difficultatis retardantis a sequela eiusmodi boni; unde sublata arduitate, aut difficultate consequibilitatis boni supernaturalis, et acquisita aliquo modo possessione ipsius ut contingit in gloria corporis rationem beatorum; nequit eiusmodi bonum terminare motum spei sub ratione sumpsita, cuius motivum formale licet non sit arduitas, aut difficultas vel sperantis, est tamen conditio, aut privatio obti materialis, essentialiter connotatur a motivo formali, sicut non apparentia seu obscuritas est privatio aut conditio exacta ex parte rei credibilis, et futuritio, aut non possessio ex parte boni desiderabilis, cum rei possessio Solutio ad 13

terr

n. tñt desiderij, sᵗ gaudij aut delectatis.

Ad 23. ɔ fratis Rx ɔcedendo maiorem et negᵈᵒ minorem ad cuius

Solutᵒ 2ᵃ ɔ fratis — Minorem Rx ɔtingᵈᵒ minorem: sᵗ nullum bonum specificat irascibilem nisi ratione arduitatis, ita ut arduitas sit motivum, aut ɔditio obiecti tractivi appetitum irascibilis ɔcedo minorem: ita ut sit ro formalis specificativa motum irascibilis nego minorem et conseq: quia etsi irascibilis quatenus differt à concupiscibili tendat ad bonum arduum et difficile: ro tamen formalis, quae movet et incitat eiusmodi appetitum ad consequutionem eiusmodi boni non est arduitas aut difficultas, sed potestas quae vinci et superari potest eiusmodi arduitas, cum irascibilis sub hac quatenus distinguitur à concupiscibili sit quaedam vis, aut pot. animae fortificans, aut erigens ipsam ad superandam difficultatem occurrentem in consequutione boni, et ideo certo non respicit ut motivum formale arduitatis, sed magis superabilitatem ab huiusmodi motivo, cum nullus intentus, aut pot. respiciat ut motivum formale superandi id quod vincere, excludere, aut superare nititur ex ipsius natura et quod resistat, sᵗ motivum ratione cuius sperat eiusmodi difficultatem superare, ut patet in milite strenuissimo, qui ordinatur ad vincendam difficultatem repertam in pugna bellica etc., cuius tamen obiectum formale quo, seu formale motivum non sunt ɔditiones ut difficultas, sed motivum probativum quo superatur et evanescit difficultas: unde cum argᵗᵘˢ, et reliqui, quibus utuntur ɔrij ad persuadendum motivum formale spei esse arduitatis boni sperabilis tantummodo probant illam esse ɔditionem obiecti tractivi, non vero ut Mairenus ɔcludunt eam esse rationem formalem motivum cui innititur securitas spei.

Ad 19. 2ᵃ senten. Rx ɔcedendo maiorem et negᵈᵒ minorem ad cuius probationem

Solutᵒ 1ᵃ arg. 2ᵃ senten. Rx 1ᵒ actum desiderij supernalis, quo voluntas desiderat Beatitudinem non esse actum elicitive procedentem à spe, aut alia virtute theologica, sᵗ esse quendam actum dispositivum seu introducentem ad virtutem theologicam, elicitum sᵗ ab auxilio supernali, sᵗ ab habitu piae affectionis, quo voluntas disponitur ad perfecte adhaerendum Deo per virtutem theologicam. = 2ᵒ non ut docet D. Tho. in presenti q. 17. art. 8. in corp. sᵗ expectatio praemij à Deo obtinendi impellit voluntatem, ipsam quae introducit ad amandum Deum per se ipsum per charitatem, ita pariter amor imperfectum concupiscentiae, seu desiderium supernale Beatitudinis introducit, et disponit voluntatem ad hoc ut firmiter adhaereat auxilio divinae potestatis per spem, quae non desiderat formaliter Beatitudo ut praecisa ɔvenientia ipsius, sᵗ fortificat aut erigit voluntatem ut secure expectet desideratum Beati motivum consequutionis: unde quamvis ro formalis specificativa desiderij sit ɔvenientia obiecti Beatifici attractiva voluntatis ad amorem concupiscentiae, ro tamen specificativa spei non est eiusmodi ɔvenientia, sed fortitudo divinae auxilij quo ɔstituitur Beatitudo practice assequibilis à nobis et ideireo sperabilis spe theologica.

Ad 13. ɔ fratis Rx ɔcedendo ant., et ad minorem subsumptam

ad 13. ɔfratis — Rx quod licet bonum absolute sumptum sub praecisa ratione amabilis adaequate dividitur

in

in bonum desiderabile, et bonum amicabile, seu terminativum amoris amicitiae, et desiderantiae; est enim bonum hoc sub ultitudine, quo denotat omnes affectus voluntatis non solum dividit in proprietatem dicti, verum etiam in alias speciales boni ardui acquirendi proprietate et auxilio alterius, sub qua ratione bonum specificat motus spei, et desiderio spes ... detrahat motum voluntatis ad aliquem nos movens extranei respectu boni in se, unde si bonum obtinuit amabile ratione appetibilitatis quo reddit terminativum voluntatis ad amorem amicitiae vel desiderantiae; hoc obtinuit separabile proprietate illius, quae superari et vinci potest arduitas aut difficultas reperta in illius ... non spes sive le non est amor proprie sumptus, sed quidem conatus, aut affectus fortificans voluntatem ad secure expectandum consequutionem rei amatae aut desideratae, et ut proprie loquar est stimulus aut armigera amoris, et habet pro respectu bonum sub specifico ratione boni ardui superabilis proprietate alterius: legatur D. Thom. 1.2. q. 25. art. 1. ubi aperte docet bonum arduum specificativum spei esse quandam differentiam specialem determinativam boni in se, et sub illo contentam.

Ad 2.^m^ confirmationem ex multo maxime de amore proprie et formaliter sumpto tacita: ad cuius primum dico quod D. Thom. asserit amorem transcendere omnem affectum aut motum voluntatis non debet intelligi de transcendentia formali aut Metaphysica, sed solum modo de transcendentia causali, aut concomitanti: unde si decidendum sit affectum ipsum et reliquos actus voluntatis assignari, aut causari ab amore, non tam ultimum debet concedi quemcunque actum voluntatis esse formaliter et distinctive amorem proprie sumptum et id prout sic ipse causative procedat ab amore desiderantiae; non inde sequitur illum esse formaliter amorem desiderantiae, aut amicitiae; sed actum, quo voluntas aggreditur ad consequutionem rei amatae, aut desideratae, aut quo secure expectat illam non obstante eius arduitate aut difficultate: non secus ac motus intellectus sicut est apprehensivus, indicativus; et discursivus voluntas sicut est spes, et amativa, et sperativa et sicut intellectus nequit iudicare de aliquo obiecto intelligibili quin prius apprehendat illud simplici apprehensione; ita voluntas nequit sperare aliquod bonum quin prius illud desideraverit aut amaverit amore desiderantiae ac ex inde quodammodo, sicut iudicium inchoative non est formaliter aut distinctive apprehensio, sed alius specialis actus quo intellectus iudicat de re apprehensa; eodem prorsus modo asserendum est motum spei non esse formaliter amorem, sed quendam conatum quo voluntas erigit ad ... perfectionem seu expectationem rei amatae, ex quo tantummodo deducitur spem causari ab amore, aut amorem praesupponi ... sicut se habet ad spem apprehensio ad iudicium.

Ad 2.^m^ probationem minoris ex 1.º secundo maiori et majoris minore ex ... et meo et communi sententia theologorum: quamvis intellectus sicut se sit potentia ordinata ad intelligendum verum intelligibile, de facto detrahat actum, qui non est formaliter intellectivus, cuiusmodi est dictio, quae producit verbum et habet argumentum proprium ... contra nostram sententiam

Sicut intellectus noster non obstante eius primo et essentiali inclinatione ad intelligendum potest elicere actum qui distinctive et essentialiter non sit visio formaliter sumpta, ita voluntas quamvis sit eius primaria et essentialis inclinatio tendat ad amandum bonum potest tamen elicere actum prosequutivum qui formaliter non sit amor proprie sumptus, quamvis quivis actus voluntatis affectivus amorem concomitantem aut causativum, ut supra dixi:

2o solutio. Rursus potest respondendum: amorem sumi dupliciter: primo sumitur proprie et metaphorice quatenus scilicet importat affectum prosequutivum voluntatis circa bonum ut praecisum eius convenientiam aut unionem respicit amantis: 2o sumitur amor improprie aut similitudinarie, et inde si hoc modo sumatur amor quilibet affectus prosequutivus voluntatis potest appellari amor, tum ob eius similitudinem cum amore, tum ob dependentiam qua subordinantur reliqui actus voluntatis amori tanquam radici aut principio; quapropter quotiescunque D. Thomas aut reliqui DD. vocant spem amorem debent intelligi de amore late et improprie sumpto non vero de amore stricte sumpto qui dividitur in amorem amicitiae et concupiscentiae: legatur D. Thomas in 3 sententiarum art. 4 de spe, ex cuius doctrina apparet quaelibet haec solutio: quod autem motus spei non sit amor stricte sumptus constat ex dictis, nam oppositum amoris stricte sumpti est odium rei amabilis: sed certum est spei non opponi formaliter odium, sed desperationem, ac proinde negari debere dum spem esse amorem stricte et proprie acceptum, licet possit amor in sensu improprio aut metaforico.

ad 3am obiectionem. Ad 3am obiectionem [R.?] concedendo maiorem et distinguendo minorem: sed motum quo voluntas tendit ad finem ultimum specificari ab appetibilitate ipsius sub praecisa ratione bonitatis relatae ad amandum et volitum appetentis, nego minorem, sub ratione bonitatis acquisibilis potestate alterius distinguo minorem, et nego consequentiam: nam finis ultimus cuiusmodi est beatitudo obiectiva duplicem respicit a voluntate viatoris: 1o ut eius bonitas ut quaedam convenientia voluntati appetenti, et sub hac consideratione specificat motum desiderii aut amoris concupiscentiae: 2o respicit a voluntate ut bonum nondum obtentum, nec [illegible], vero etiam ut bonum acquisibile divina potestate, et sub hac consideratione specificat spem supernaturalem, cuius motivum formale non est pura convenientia obiecti beatifici, sed ratio qua potest sperari adiutum aut facultas consequendi ipsum, sed ratio qua constituitur facile acquisibile; cum beatitudo obiectiva sub hac consideratione importat specialem modum ad movendum aut attrahendum voluntatem, quae praecise ad amandum sed etiam ad animose, et secure expectandum; et id circo et si talis motus sperandi beatitudinem perse ordinetur ad quietem voluntatis circa ultimum finem consistentem in plena fruitione aut possessione ipsius, non inde concluditur motum spei specificari formaliter ab eodem motivo a quo specificatur gaudium beatificum resultans ex possessione beatitudinis; licet enim spes est motus vitalis perse ordinatus ad gaudium beatificum: sicut fides est motus vitalis intellectus ordinatus ad visionem beatificam, cum per fidem in via ambulemus ad ultimum

finem

finis, scilicet per spem; et nihilominus fides non specificat ab eodem motivo formali, a quo specificatur visio Beatifica, cum specificativum formale visionis sit essentia clare visa, vel motivum formale fidei veritas Dei testimonio obscure revelans: nec urget instantia adducta de motibus naturalibus elementorum, quia in motibus naturalibus acquisitio suo [illegible] centro naturali non requirit actum specialem positivum, aut elicitum, verum [illegible] eiusmodi [illegible] manent quiescentes; et ideo terminus motus subiecti naturalis et [illegible] quies non exigunt distinctionem formalem specificativam ex parte [illegible] naturalis.

Quoad 2um dico quod licet bonitas ultimi finis ut conveniens [illegible] modo nobis sit obiectum motivum spei supernaturalis, tamen est [illegible] obiectum quo motivum unde [illegible] argumentum solum probat spem et gaudium Beatificum respicere idem obiectum materiale [illegible] obiectum [illegible] assignat fidei, et visioni Beatificae, quae nihilominus respiciunt motivum formale [illegible] [illegible]. 1043

Ad 4am confirmationem dico [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod spes non solum supponit desiderium inefficax, aut conditionatum Beatitudinis, verum etiam absolutum, et efficax ex causa efficiente: quare [illegible] falsum est spem esse formaliter [illegible] desiderium: [illegible] in Beatis [illegible] absolutum et efficax [illegible] [illegible] quin in illis remaneat spes [illegible] quia [illegible] in desiderio efficaci, sed in [illegible] expectatione rei absolute et efficaciter desideratae; per spem enim [illegible] voluntas quasi [illegible] et [illegible] rei absolute desideratae, et ideo spes vocatur ab Apostolo anchora, quae firmat voluntatem ut tangibile in [illegible] aut [illegible], id firmiter [illegible] adhaereat efficaciae divinae potestatis quod [illegible] praestat praecisio affectui desiderii quantumvis absoluti, et efficacis.

Ad ultimum dico [illegible], ad [illegible] dico [illegible]: desiderium efficax vel absolutum exigit actum possibilem [illegible] absoluto [illegible] rei non impossibilitando [illegible]: possibilitate [illegible], seu possibilitate practica desumpta ex praeparatione [illegible] currentium ad [illegible] obiecti consequendi neque [illegible] desiderium absolutum [illegible] [illegible] et [illegible] exigentiae, et praecise a motu spei et si exigit obiectum absolute, et simpliciter possibile, non [illegible] ut huiusmodi obiectum [illegible] ut possibile [illegible] exigentiae, et praeparatione [illegible] concurrentium ad eius consequutionem, et ideo spes respicit obiectum arduum possibile consequi possibilitate proxima desumpta ab obiectis circumstantiis et causis, desiderium vero tantum modo petit [illegible] ab obiecto possibili possibilitate absoluta, seu possibilitate praecisse fundata in non repugnantia [illegible], in quo differt a desiderio conditionato, et inefficaci, quod non solum ad bonum possibile, verum etiam ad impossibile potest trahi.

Proponuntur Argumenta 3ae [illegible] 7ae.

8um argumentum 3ae [illegible] persuadendo motivum formale spei supernaturalis non esse [illegible]

ut

13 aa. 3 2. ut auxilians autem: Nam formale motivum spei supernaturalis debet esse Deus, aut aliquid divinum
~~49~~ sub ratione causae finalis; sed Deus ut auxilians non habet rationem causae finalis: ergo dispositio ut pro-
paratus ad auxiliandum non est formale motivum spei: maior constat: nam formale motivum seu specifi-
cativum spei debet esse aliquid obiectum expectatum sub linea voluntatis, specificativum ut
patet [illegible], sed specificativum voluntatis non extendit extra lineam causae finalis, ac proinde
spes supernaturalis debet specificari a motivo formali expectante ad rationem causae finalis: con-
firmatur 1° ex D. Tho. 2.2. q. 17. art. 4. ubi dicit spes duo respicere scilicet bonum
quod obtinere intendit, et auxilium per quod illud bonum obtinet: bonum autem quod quis sperat
obtinendum habet rationem causae finalis, auxilium autem per quod sperat illud bonum obtinere, obti-
net rationem causae efficientis: ergo ex D. Tho. auxilium divinum seu dispositio ut auxilians non habet
formalis rationem causae finalis, sed efficientis. 2° confirmatur maior. nam dispositio ut auxilians nihil
aliud est quam Deus ut adiuvans nos ad consequutionem beatitudinis; sed Deus non formali-
tantum, sed efficiendo auxiliatur nobis ad consequutionem beatitudinis: ergo dispositio ut auxilians
non habet rationem causae finalis, sed pure efficientis.

1° confirmatur. Confirmatur 1° nam ratio sub qua specificativa spei debet esse
formalis ratio boni; sed dispositio ut auxilians non expectatur solum ad rationem boni, illud namque enim
cum ratio boni coincidat formaliter cum ratione causae finalis, et non ad rationem causae efficientis: ergo
formale motivum spei supernaturalis non est dispositio divina sub ratione ipsius auxiliantis. 2° confirmatur
nullus habitus specificatur a principio effectivo formali ut tali, cum principium specificativum reduca-
2° tur ad lineam causae finalis, seu formalis extrinsecae: sed dispositio divina ut auxilians solum modo habet
rationem causae effectivae ut constat ex nuper dictis: ergo nullatenus potest esse formale specifi-
3° confirmatur cativum.

3° confirmatur: nam quemadmodum spes se habet ad spem boni consequibile, ita ad timorem ma-
+ a pretio li fugibile. sed timor non specificatur effective, seu [illegible] mali poenalis, quod timet
quod [illegible] disconvenientia ipsius poenae: ergo similiter spes non specificatur formaliter a principio
effectivo boni sperabilis cuius modi est dispositio ut auxilians, sed a [illegible]
boni rei sperabilis ut convenit utilitati ipsius sperantis: maior constat nam quemadmo-
dum spes est motus prosequutivus tendens ad consequutionem boni ardui et consequibilis, ita
timor est fuga recedens a malo terribili, et imminenti respectu timentis, et [illegible]
patet. nam obiectum tam formale quam motivum timoris debet esse de linea mali, cum timor
non sit effectivum prosequutivum boni, sed consistat in fuga a malo futuro et practice im-
minenti; sed principium effectivum infligens malum poenae non est de linea mali, cum Deus
sua iustitia infligat poenam damnationis aeternae, sicut sua misericordia et pietate
impendit praemium vitae aeternae: constat autem nec Deum [illegible], nec ipsius divinam inflicti-
vam mali poenalis esse de linea mali: ergo motivum formale timendi poenam aeternam
non est principium a quo effective infligit eiusmodi poenam, et eodem modo motivum formale sper-
andi praemium aeternum erit principium effective causans adeptionem eiusmodi praemii.

4° confirmatur

4° Probatur: quia motivum formale spei supernaturalis est assequibilitas, aut possibilitas ipsius Beatitudinis obiectivae: sed Beatitudo obiectiva non constituitur a nobis assequibilis per omnipotentiam: ergo omnipotentia divina non est formale motivum spei supernaturalis; maior constat, quia quando nobis aestimatio impossibilitatis Beatitudinis movet ad desperandum: ita aestimatio possibilitatis ipsius movet, et trahit voluntatem ad sperandum: et minor probatur 1°. quia Beatitudo obiectiva eatenus omnino dicitur possibilis, aut assequibilis a nobis quatenus est bonum nobis concreabile; sed bonum divinum ante ullam actionem omnipotentiae est concreabile ex se, cum omne bonum sit concreabile, et idcirco bonum divinum erit tamen summe concreabile: unde eatenus omnipotentia prodest nos pertingere ad Beatitudinem quatenus hoc sensu est concreabilis, aut possibilis quoad concreationem: ergo Beatitudo obiectiva non constituitur possibilis virtute vel per omnipotentiam, sed per suam bonitatem. — 4ta probat.

2° probatur: eatenus nunc non ille qui peccavit in desperatione eatenus de facto desperat de Beatitudine, quatenus existimat eam esse sibi impossibilem simpliciter, seu existimatio qua desperans existimat esse sibi impossibilem negationem Beatitudinis nullatenus iudicat Deum esse impotentem, aut Deo deficere omnipotentiam: ergo omnipotentia non constituit nobis possibilem Beatitudinem, alias qui haberet iudicium dicens Deum esse omnipotentem semper haberet iudicium quo iudicaret Beatitudinem esse sibi possibilem, et consequenter nullus fidelis posset desperare, quia possibilem amitteret iudicium fidei quo iudicat Deum esse summe potentem. — 2a probatio minoris

Ultimo probatur: quia bonum primo et per se speratum a spe supernaturali est Beatitudo obiectiva, aut increata; sed Beatitudo obiectiva aut increata non redditur possibilis per omnipotentiam divinam, cum realiter potentia divina solummodo attingat ens creatum aut creabile et nullatenus extendat ad aliquid proprium divinum: ergo motivum formale spei supernaturalis non est omnipotentia divina sub ratione auxiliantis. — Ultima probatio

Ad primum argumentum Respondetur 1° ex D. Tho. 2.2. q. 27 art. 6.: quod etsi motivum formale charitatis sit bonitas divina sub praecisa ratione causae finalis sive bonitas divina finite sive per se non ex nobis, tamen motivum formale sperandi non est Deus sub absoluta ratione causae finalis, sed sub ratione causae primae ex qua nobis provenit adeptio Beatitudinis, quia per spem non adhaeremus Deo praecise propter se ipsum sed per charitatem, sed innitimur formaliter eius auxilio ad obtinendam Beatitudinem; et ideo sperare est in virtute spei supernaturalis specificari a Deo sub ratione primae causae effectivae a quo redditur assequibilis ultima Beatitudo, quae si obiceretur sub praecisa ratione causae finalis ut distincta a prima effectiva auxiliante, tantummodo haberet rationem obiecti quod materialis spei supernaturalis, non autem obiecti quo motivi, cum formale motivum sperandi sit id quo Beatitudo constituitur possibilis, aut assequibilis a nobis, et Deus sua potestate auxiliante reddat assequibilem; ut docet D. Tho. 2.2. q. 17 art. 2. in corp. solius infinitae virtutis aut potestatis est perducere ad bonum infinitum perducere, cuiusmodi est Beatitudo obiectiva: et ideo sola virtute, aut potestate divina constituitur assequibilis a nobis eiusmodi Beatitudo, et consequenter sperabilis: unde falsum est omnem actum voluntatis specificari formaliter a bono sub praecisa ratione causae finalis: non enim voluntas quatenus est potentia amativa solum= — Solutio argumentorum

modo

solummodo nisi vero a fine sub ratione causae finalis, quatenus tamen haec ratio propter operatione movet a fine practice sumpto, scilicet a potestate quod constituit assequibilis eiusmodi finis.

2a solutio. Deus ut auxilians nobis non habet rationem causae finalis ut quod — 2a potestas. Respondeo concedendo maiorem, et distinguo minorem: sed Deus ut auxilians nobis non habet rationem causae finalis ut quod, concedo minorem; ut quo, nego minorem et consequentiam. Et si Deus sub ratione propria auxiliantis non sit formaliter et directe causa finalis, saltem indirecte et reductive, quia dispositio auxiliantis expectat ad rationem et lineam causae finalis, cum per illam destinatur ultimus finis a nobis assequibilis, et ideo potestas Dei ut propensa ad auxiliandum nobis in ordine ad assequutionem finis potest specificare actum voluntatis, cum enim sit universaliter desideratus et inclinatus non solum potest tendere ad finem, verum etiam ad omnia media assequutiva finis; quare propositum argumentum causam excludit, nec ipse nec alius affectus voluntatis potest specificari ab aliquo quod neque sit finis, neque pertineat ad lineam finis, seu causae finalis, scilicet constitutive, scilicet ordinative. Cum igitur potestas qua Deus potest nobis auxiliari, licet non attingat Deum absolute sub ratione causae finalis, illum tamen constituit in ratione finis assequibilis, hinc colligitur eiusmodi potestas esse ordinatam ad finem ultimum, et ideo illa potest specificare spem supernaturalem, quae respicit finem ultimum et principium sub ratione bonitatis, sed ut assequibilis ipsius, quam formaliter et proxime attribuit spes auxilianti Deo gratia: quo exclusa ultimus finis non esset a nobis assequibilis spe supernaturali, sed absque respectu ad dispositionem esset amabilis et desiderabilis.

Ad 1a 3 d. probat. (?) — Ad 1a 3 d. probat. Concedo maiorem et distinguo minorem: sed dispositio ut auxilians non expectat ad rationem boni ut quod, concedo minorem; ut quo, nego minorem et consequentiam, quia etsi dispositio ut propensa ad auxiliandum nobis sub proprio conceptu obiectivo non exprimat bonitatem aut convenientiam, sed aliquem conceptum spiritualem, est tamen principium quo redditur bonum divinum assequibile, cum sit principium effectivum necessarium sequentium ad assequutionem beatitudinis, et superativum facultatis retardantis ab huiusmodi assequutione, et ideo potest dici bonum ut quo.

2a solutio. — 2a potestas. Respondeo ut ponderat negando maiorem: non licet ratio quae motiva spei supernaturalis sit bonum sub praecisa ratione boni appetibilis, istius motivum formale seu id sub quo speratur nullatenus est ratio boni expresse sumpti, cum motivum formale sperandi non sit res quae appetitur a voluntate, sed medium quo vincitur spes ad superandam difficultatem cum bono sperato annexam, quod non consistit in bonitate ultimi finis, sed in virtute et potestate ipsius: et hoc potest illustrari instantia desumpta ab obiecto fidei; nam quemadmodum spes tendit ad bonum sub ratione boni, ita fides ad verum sub ratione veri; sed certum est quod etsi obiectum quod motivum fidei, seu res credita fide divina sit Deus ut absolute intelligibilis aut verus veritate transcendentali, motivum tamen formale aut proximum non est intelligibilitas, aut veritas transcendentalis rei creditae, sed veritas Dei revelatoris cui fides innititur tanquam medio aut motivo credendi.

Ad 2a 3 — Ad 2a 3 d. probat. Sed concedendo maiorem intelligo de causa effectiva reduplicative ut tali, et distinguo minorem: sed Deus ut auxilians solum habet rationem causae efficientis sui auxilii, quod confert ad assequutionem beatitudinis, concedo minorem; sub ratione boni aut actus spei nego

minorem

mus, et loq. in eodem oppo[sito]: est auxilians nu grae, et auxiliorum, quibus Ds ponit hoem ad consequendam Beatitudinem solummodo habeat rationem causae efficientis, non tamen ad actum spei supernaturalis habet rationem neque causae efficientis, verum etiam finalis extrinsecae; cum Deus ut auxilians, aut praeparatus ad conferendum auxilio perductivo ad Beatitudinem sit principium movens, et determinans voluntatem ad sperandum, nec repugnat Deum ut principium effectivum mediorum conducentium ad finem et consequendam Beatitudinem esse obiectum specificativum actus nunc habitus spei supernaturalis; non minus repugnat causam efficientem rationem causae finalis extrinsecae, aut specificativae, quam effectum effective procedentem ab aliquo principio esse causam finalem aut finalem extrinsecam ipsius principii a quo procedit; sicut certum est intentionem actualem esse effectum principii intentivi, et tamen aliquam rationem esse causam finalem ipsius, cum intentus sit principium intentus ac proinde non repugnabit, quod oppositio dicta ut auxilians sit causa pure effectiva non auxiliorum conducentium ad Beatitudinem, et non spei sit causa finalis extrinseca, et obiectum motivum.

Ad 33 concessis antecedente et consequentia, respondendo maiorem et negando minorem, non quemadmodum spes respicit ut obiectum quod nativum bonum conveniens, et amorem sperantis; et ut motivum quo finale sperandi potestatem, a qua attribuitur sibi possibile eiusmodi bonum; ita timor respicit malum terribile quod timenti proponit ut futurum, et disconveniens sibi, ut bonum a quo fugit, et potestatem, et causam influentivam eiusmodi mali ut motivum finale timendi; quod sicut bonum arduum attribuitur possibile potestati alterius, ita malum terribile arduum, quod de facili resisti non potest, quod est obiectum nativum timoris, attribuitur proxime et finaliter imminens potestati illius, qui huiusmodi malum potest infligere: ac proinde motivum finale non est malum, quod timetur, sed potestas superior a quo infligi potest, et ad probationem maioris, dicendum malum, quod timetur, sed iustitia divina non est de linea mali finalis, dicendo maiorem non est de linea mali causativi, loquendo de malo poenae nego antecedens, et consequentia, non, et si Deus, nec aliquod attributum divinum dicatur finaliter malum, cum sit ipsa bonitas per essentiam, tamen Deus sua iustitia punitivo dicatur malum poenae, et idcirco, potest dici malum causaliter, et locum potest Deus iustitia divina et causativo mali poenalis esse motivum finale timoris, quo timetur poena damnationis aeternae.

2° potest respondendi concedendo maiorem, et reddendo disparitatem: non timor finaliter sumptus consistit in fuga mali timendi, sive imminentis, cum non sit actum consequentivum sed recessivum a termino quod a quo, et consequenter requirit respicere ut motivum finale potestatem a qua infligitur malum, cum nullus motus specificetur a termino a quo: spes autem cum consistat in motum aut actum consequentivo boni, potest consequentive nativae, potest respicere bonum speratum, et movere potestate qua eiusmodi bonum attribuitur sibi possibile: unde timor diversimode versatur circa malum sibi imminens, et circa potestatem infligendi eiusmodi mali quatenus respicit malum, est fuga finalis, et tamen habet rationem et consideratum specificat circa divinam potestatem qua malum infligit; quatenus enim respicit potestatem potentis infligere malum non est finalis fuga, sed amorem reverentialem quo voluntas considerat potestatem divinam potentis nobis poenam spiritualem et corporalem infligere movetur ad Dei reverentialem timorem de quo legatur D. Tho. 2.2 q. 7 art. 1°

Ad 4°

Ad 4m

Ad 4m contra. Rx. distinguendo maiorem; concessa minori; ad cuius probationem dicta maiori, nego minorem. l. distinguo antecedens. ad Deum ipsum esse nobis Comunicabile Comunicabilitate remota, concedo minorem. Comunicabilitate proxima, aut practice, nego minorem, et consequentiam. Bonum divinum et quodvis aliud bonum dupliciter dicitur Comunicabile, seu possibile ad Comunicationem. Primo dicitur Comunicabile Comunicabilitate logica, aut remota, quae consistit in quadam non repugnantia ad eius communicationem et huiusmodi Comunicabilitas nullatenus sufficit ad specificandum actum spei; alioquin posset quis fidenter, et secure sperare quod cumque bonum sibi possibile per potentiam Dei absolutam, praecise praecisa consideratione non repugnantiae ipsius, quod constat esse asserere falsum. 2o dicitur aliquod bonum Comunicabile non solum Comunicabilitate logica, sed etiam Comunicabilitate proxima, aut physica quae desumitur a dispositione et praeparatione omnium causarum per se concurrentium ad communicationem eiusmodi boni; cum igitur seclusa consideratione ipsius Dei ut praeparatus ad auxiliandum nobis Beatitudo obiectiva non sit proxime consequibilis a nobis sine dispositione causarum concurrentium ad huiusmodi boni communicationem, et aeternalem consequutionem, nullatenus dici potest dici possibilis, aut consequibilis proxime consequibilitate sufficiente motiva ad sperandum: Sicut non timet malum, quod apprehendit ut possibile, aut imminens nobis sine exigentia, et praeparatione causae extrinsecae potentis illud infligere, ita non sperat, nec secure expectat bonum, quod apprehendit ut possibile, non possibilitate absoluta, aut logica, verum etiam possibilitate proxima desumpta ex dispositione et praeparatione causarum, a quibus dependet eiusmodi Consequutio.

Ad 2m probationem minoris

Ad 2m probationem maioris Rx. concedendo maiorem, et negando minorem; ad cuius probationem Rx. quod desperans de consequutione Beatitudinis non habeat iudicium, quo iudicet in universali, quo Deum esse absolute impotentem ad salvandum omnem hominem et ideo non deficiat illi iudicium fidei in universali dictans ipsius et misericordiam Dei esse infinitam: caeterum in particulari aut apprehendit, et apprehensione falsa, sibi propter suam indispositionem, et gravitatem suorum peccatorum ipsum Deum hic et nunc non esse praeparatum ad subveniendum ipsi, et ideo licet habeat iudicium particulare, quo existimat misericordiam Dei esse sibi occlusam ac proinde etsi non careat iudicio fidei quo dictat salutem omnium hominum esse possibilem possibilitate absoluta, desumpta ab infinitate divina ipsius; caeterum de facto existimat existimatione particulari Beatitudinem esse sibi impossibilem impossibilitate practica, quae fundatur in consideratione suae particularis indispositionis et status: Legatur D. Tho. 2. 2ae q. 20 art. 2 in corp. et in responsione ad 1m.

Ad ultimam

Ad ultimam contra. Rx. quod etsi Beatitudo formalis consistat in bono divino non sub ratione realitatis divinae ipsius quoad entitatem, aut substantiam, cum nullum divinum sit absolute effectibile actione divina ipsius, ut dictum est, caeterum consequutio, aut adeptio divinae Beatitudinis caret concurrente auxilio divino ipsius, quia Beatitudo formalis, qua consequimur ultimum finem, aut Beatitudinem obiectivam, consistat in aliquo creato independenter a realitate divina ipsius; et ideo cum spes dicat ad Beatitudinem obiectivam ut denotantem Beatitudinem formalem

quo

quo defacto ejusmodi Beatitudo obtinetur a nobis, hinc sequitur Beatitudinem obtinendam ut assequibilem a nobis, quoad assequutionem dependere a Dei omnipotentia, et idcirco illam constituere proxime, et practice possibilem nobis per ordinem ad Dei potestatem potentem nos perducere ad assequutionem ipsius.

4° arguitur 3° ultimum Dico: motivum formale proximum credendi fidei supernaturalis est sola summa veracitas Divini testimonij, et non coalescens ex veracitate et sapientia Dei et bonitate seu Thomistarum: ergo similiter motivum formale spei supernaturalis erit sola omnipotentia ut potens nobis auxiliari, et idcirco non conflatum ex omnipotentia et misericordia: patet consequentia: etenim fides supernaturalis innititur tanquam motivo formali adaequato, soli veracitati quae veracitas est summe infallibilis in revelando et testificando nobis veritatem credibilem: sed omnipotentia Dei ut potens nobis auxiliari in ordine ad assequutionem Beatitudinis est summe efficax ad vincendum omnem difficultatem retardantem ab hujusmodi assequutione: ergo quemadmodum fides respicit ut motivum formale adaequatum solam veracitatem Dei ut revelantis veritatem credibilem ita spes innititur soli omnipotentiae ut potenti auxiliari ad Beatitudinem assequendam. | 3° ultimum Dico arg.

Probatur 1°. motivum formale spei aut cujusvis alterius virtutis supernaturalis debet esse aliquid simplex et indivisibile; sed conflatum ex omnipotentia et misericordia non est quid simplex, et indivisibile, sed resolvitur in attributa essaliter distincta: ergo motivum formale spei supernaturalis adaequate consistit in sola omnipotentia quin ad illud formaliter concurrat ~~...~~ misericordia; minor constat; et maior probatur: nam species hujusmodi virtutis sumitur a motivo formali, sed species entis naturalis a forma desumitur maxime: sed quod formaliter tribuunt speciem enti naturali, cujusmodi est forma est essaliter indivisibile et simplex, et non compositum ex pluribus suis partialibus: ergo similiter quod motivum, a quo sumitur specificatio spei supernaturalis et reliquarum virtutum est aliquid omnino simplex. | 1° probatur

2° probatur: ut subsistat securitas aut firmitas spei supernaturalis requiritur quod in recto et formaliter innitatur misericordiae Dei, sed sufficit, quod specificetur ab omnipotentia praesupponendo misericordiam: ergo misericordia non concurrit formaliter et in recto ad specificationem spei supernaturalis sed solummodo praesuppositive: probatur antecedens pluribus instantiis: 1° quia sicut omnipotentia Dei exigit consortium omnipotentiae ad specificandum actum spei supernaturalis ita veracitas Dei exigit consortium Dei sapientiae ad specificandum actum fidei Divinae cum veracitas Dei seu testimonium Dei participet a sapientia certitudinem excludentem falsitatem; sed ut subsistat ejusmodi certitudo in fide supernaturali non requiritur quod in recto et formaliter innitatur Dei sapientiae sed sufficit quod specificetur a veracitate praesupponendo summam sapientiam testificantis: ergo similiter spes supernaturalis in recto et formaliter non specificatur a misericordia Dei sed potius ab omnipotentia licet sub respectu ad misericordiam tanquam ad aliquid praesuppositum et connotatum. | 2° probatur

2° probatur antecedens: nam quemadmodum omnipotentia exigit misericordiam ad specificandum spem, ita actum imperatum petit actum voluntatis ad ordinandum ordinate executive | 2° probatur antecedens

et

et efficaci; cuiusmodi est actus imperii gratiae, in quo consistit essentialiter praedestinatio
Thomistarum sumptum; sed actus voluntatis a quo participat imperium tuam gratiae
vim et efficaciam ad ordinandum ordinatione executiva, et efficaci non spectat formaliter ad constitutionem
praedestinationis, sed solummodo praesuppositive se habet ad rationem essentialem praedestinationis, quae
adaequate consistit in actu imperii, cuiusmodi est imperium; ergo similiter misericordia, et si
per illam inclinet misericordia divina ad auxiliandum nobis non ex parte rabit in recto, et formaliter
ad specificationem spei, sed tantum praesuppositive.

3° o bat. 3° confirmatur: quod si motivum adaequatum spei esset aliquid compositum ex omnipotentia et misericordia, vel utrumque concurreret in recto, et formaliter, vel unum in recto
et aliud in obliquo: hoc 2um non dici potest: ergo assero 1um: nunc sic sed hoc non potest dici
ergo. Probatur minor non ea, quorum unum est prius altero, nequeunt simul formaliter, et in recto
ingredi ad constitutionem rei, aut rationis formalis. sed attributum omnipotentiae divinae est prius attributo misericordiae; cum prius intelligatur in Deo potentia infinita ad omnia factibilia, quam inclinatio
voluntatis ad subveniendum nobis, ad sublevandum nostram miseriam: ergo et si omnipotentia, et misericordia concurrant ad specificandam spem, tamen utrumque nequit aeque, et in recto et formaliter
spectare ad constitutionem eiusmodi formalis motivi.

Ultimo o frat. Ultimo confirmatur: non illud est motivum formale adaequatum spei
quo praecise constituitur Deus potens ad nobis auxiliandum, cum Deus ut auxilians, et
potens auxiliari sit motivum formale spei ut supponimus dici; sed Deus constituitur potens ad auxiliandum per praecisum attributum omnipotentiae, cum potentia ad auxiliandum consistat in potestate effectiva quod Deus potest efficere, aut causare effective, auxilia perductiva ad beatitudinem
ergo sola omnipotentia divina est motivum formale adaequatum spei supernaturalis, et licet adaequatum
motivum spei supernaturalis consistat adaequate in utroque attributo in recto et formaliter.

Solutio argumenti. Ad hoc argumentum respondeo 1° concedendo maiorem, eiusque
consequentiam ad huius probationem respondeo negando disparitatem: quod enim motivum formale fidei consistit in sola veracitate sive in veritate in dicendo quatenus distinguitur a veritate in cognoscendo, sive a sapientia; quatenus ratio motiva formalis terminans et movens intellectum ad credendum Deo, est illa veritas, quae convenit Deo non in ordine ad se, sed in ordine ad nos: etenim non credimus Deo quatenus loquitur
sibi ipsi, sed quatenus loquitur nobis, cum igitur Deus non loquatur nobis sua sapientia, sed sua veracitate quae inclinat nobis ad loquendum veritatem dicendo: hinc
sequitur solam veritatem in dicendo, sive veracitatem esse obiectum formale motivum proximum credendi
supernaturaliter: ex quo patet disparitas: non motivum formale tam proxime et formaliter innititur securitas spei supernaturalis est illud ratione cuius Deus auxiliatur nobis in ordine ad consequendum beatitudinem: et cum ad auxiliandum nobis concurrat utrumque attributum nimirum omnipotentia, et misericordia; certum est enim Deus de facto nobis auxiliari non praecisa
omnipotentia nec sola misericordia, sed per omnipotentiam prosequentem per misericordiam, ac proinde
motivum formale sperandi totale sit ex utroque attributo quamvis credatur motivum
formale fidei in sola veracitate consistere: non fides in recto, et formaliter solum respicit veri-

tatem

veritatem quo Deus immediate loquitur nobis quem in solo veracit. consistis.

2° potest responderi negando anc. 2m solutio

cerem plures theologi et aliqui thomistae asserunt motivum formale fidei supernaturalis coalescere ex verit. indicendo, et in cognoscendo, sive ex sapientia et veracit. quibus subservimus in modo de fide ... proportionalis ... dicimus esse ... spei ... potest ... in sensu assentire motivum formale fidei solummodo ... ratione ... quo ... a sapientia sit absolute probabilis ... veracit. ... sensus assentiri motivum formale adaequatum spei coalescere ex ... et misericordia

Ad 13 conf. ... negando maiorem, ad cuius probationem ... Ad 13 conf.

... maiorem ... proportionali ... et ... species ... ab unico et indivisibili ... fidei, ... a pluribus ... partialibus ... esse ... adaequatum ... a pluribus ... obiectivis non ... simul ad specificandum eandem potentiam visivam ... utrisque coalescat obiectum formale adaequatum visus ... colore ut visio formalis quem et luce ... formale sub quo, et ... colore ut obiectivo quod, ac proinde ... ex colore et luce ... indivisibilis ... ex ... et misericordia ... obiectum adaequatum spei supernaturalis: quod sicut corpus non ... visibile nisi per colorem ... in luce, ... beatitudo non ... spei supernaturalis nisi per ... inclinatur ... ad auxiliandum nobis ratione misericordiae ... alia plures instantiae quibus potest illustrari veritas nostrae doctrinae: ... plures ... thomistae probabiliter asserunt obiectum formale adaequatum voluntatis non esse ... bonitatem finis ... ex bonit. et apprehensione; ut ratione specificativa sub quo et a bonit. ut ratione formali quod, ac proinde non ... aut ... naturali aut supernaturali ... obiectum formale adaequatum aliquid coalescens ex pluribus ... adunatis inter se in ordine ad specificandum.

Ad 2. conf. ... negando maiorem, ad cuius probationem negando ... Ad 23

... non ... quo potest Deus absolute nobis auxiliari aut benefacere, neque ex formali conceptu ... effectivus neque ex ... Dei, aut ... quo ... misericordia ad benefaciendum aut ... nobis; tum ... explicitum ... sit ... indifferens ad benefaciendum, aut puniendum; ... Deus ... sub ratione ... auxiliantis, ... requiritur ad specificandum spem supernaturalem exigit ... per misericordiam, aliquando solummodo ... per misericordiam ... per iustitiam: ex quo ... ad ... veracit. ... fidei supernaturalis: non veracitas ... ex ... explicite ...

inclinat Deus ad loquendum nobis ℞ qualitas iudicij intellectualis qd fiat de re decreti. Cum
veracitas fidei sit virtus inclinans, aut determinans loquentem ad manifestandum nobis rem
decretam ℞ qualitas iudicij qd loquens iudicat de re quam loquitur, cum sit virtus qua
conformat ~~[illegible]~~ loquutio menti ipsius loquentis: cum igitur loquutio divina procedens a su-
mmo veracitate sit esse conformis divino iudicio, qd nequit admittere fallitatem. hinc sequitur
veracitatem ex vi proprij decreti non posse inclinare ad falsum; et e contra esse genus esse motivum
formale credendi fidei divinae cum eius certitudo innitatur infallibilitati divini testimonij excludentis
mendacium et fallitatem: unde cum veracitas, qua Deus loquitur nobis immediate sub ratione decreti
veracitatis excludat mendacium, et ex decreto veracitatis divinae excludat fallitatem. hinc sequitur
qd in ratione et in solo attributo veracitatis consistit motivum formale fidei adaequate, et formaliter
quamvis motivum formale spei coalescat ex utroque attributo nimirum ex omnipotentia et miseri-
cordia; qd ~~[illegible]~~ [illegible] sine exigentia proprij decreti abstrahit a ratione primi potentis
auxiliantis, et e contra ut decisae a nobis ut deitate auxiliante, quae exigit ad specificandum
spei supernaturalis necessarium est ut explicite apprehendatur ut inclinata, et determinata ad auxi-
liandum et subveniendum nobis mediante misericordia.

Ad 2 [illegible] Ad 2 probatur ℞ eum modo negativo [illegible]
non actus imperij practici ex vi explicitae decreti, hic intrinsece efficacis et determinantis, et ordi-
nativus, qui exigit ad rationem essentialem praedestinationis, sed aliquo modo participans ab actu
antecedente voluntatis: opposito vero fides cum ex essentiali decreti omnipotentis non habeat essentialiter intrinsecam
et proximam inclinationem ad auxiliandum nobis, potius quam ad puniendum nostra peccata. Sed
spei proximus: hinc sequitur esse necessarium concursum directum et proximum misericordiae ad
specificandum spem supernaturalem.

Ad solutionem Ex praedictis respondendi videmus disparitatem: unde ad 1. instantiam deductam
de motivo fidei supernaturalis ℞ qd fides credit Deo proxime et formaliter ut loquenti soli,
cum fides sit ex auditu ℞ D. Paulus; sed certum est Deum non loqui nobis sua infinita
sapientia, sed potius sua veracitate qua inclinatur ad communicandum nobis suo dicto
ac proinde motivum formale proximum videtur specificans fidem esse veracitatem, seu virtutem qua
nobis immediate loquitur. Ex quo patet disparitatem non spes innititur Deo auxilianti nobis
et subvenienti nostris miseriis et [illegible]; et cum Deus ~~auxiliando~~ immediate et formaliter
non auxilietur nobis, et subveniat nostris miseriis et [illegible] solo omnipotentia, sed ad auxiliandum
concurrat proxime et immediate habitus et directe misericordia; hinc sequitur misericor-
diam concurrere cum omnipotentia ad constituendum obiectum adaequatum motivum spei supernaturalis.

Ad 23 instantiam Ad 23 instantiam de actu imperij practici in
quo consistit adaequate praedestinatio ℞: non actus imperij, quatenus est ultimus actus
intellectus practici, hic ex vi essentialis decreti esse actus ordinatus et directus executionis

mediorum

motivum concurrens ad spem providentiae praedestinationis, et id certo praedestinatio in-
ruit et formaliter consistit in huiusmodi actu, quod cum illo directe et formaliter concurrat actus volun-
tatis: ergo 3º ex 2º et tertio ergo non est prius bonum increatum inclinatum ad auxiliandum
nobis, et id certo requirit non solum praesuppositive misericordiam, verum etiam decerni per ipsum
ad specificandum spem supernaturalem, cum sola est actus decreti, et explicite non dicat decretum
beneficiendi a misericordia, sed sit indifferens ad miserendum et puniendum.

Ad 3um consequentis formaliter. Respondeo dicendo utrumque Ad 3um
attributum concurrere directe et formaliter ad distinctum obiectum formale spei supernaturalis, et ad eius im-
pugnationem. Respondeo distinguendo maiorem, in specificando actum spei supernaturalis est ergo prior miseri-
cordia nego maiorem: in essendo concedo maiorem, et nego consequentiam: nam licet ergo prior sit quam misericor-
dia, tamen in ordine ad specificandum actum spei supernaturalis nullatenus ergo hic prioritas
est misericordiae, cum existente misericordia, quae inclinat ad miserendum et auxiliandum
nobis, nullatenus potest ergo movere voluntatem ad sperandum; nec repugnat unum attributum
esse prius alio in essendo, et simul cum illo concurrere ad specificandum aliquem actum; licet
cum ex prioritate in essendo non deducatur prioritas in specificando: ut patet pluribus instantiis,
nam in Deo in ordine ad se ipsum prius est intelligentia quam voluntas, quam decretum
veracitatis, et nihilominus in ordine ad specificandum actum fidei supernaturalis nullatenus
est prior quam veracitas, quae veracitatis; cum fides non innitatur tanquam motivo formali veritati
in essendo, quam decretum, id summa veracitatis: quae ex ratione attributi potest illustrari ex sen-
tentia illorum, qui probabiliter existimant motivum formale adaequatum fidei divinae consistere in duplici
attributo nimirum sapientia et veracitate, quorum in essendo unum sit prius altero, cum Deus
prius intelligat summe sapienter loquendo, quam summe verax in dicendo quamvis
in ordine ad specificandum actum fidei non dicat prioritatem, sed huiusmodi attributorum simul-
tate specificationis utrumque in recto et formaliter ingrediatur.

Nec obstat si opponas dicendo quod ex vi rationis obiectio.
dictorum ergo non specificat spem nisi quatenus decretat divinam misericordiam, et contra in ordine ad Solutio
specificandum comparatur ut ratio sub qua decretabile, et decretans; sed in qualibet genere non ultimo
decretans, aut decretativum comparatur ad rem decretabilem tanquam materiale ad formale, seu tanquam actus
ad potentiam cognoscendi: ergo ergo et misericordia non concurrunt aeque et in recto ad speci-
ficandum spem supernaturalem, sed unum concurrit materialiter, et alterum formaliter.

Non, inquam, valet haec responsio Solutio
magis docentis: ad quam respondeo quod licet decretat ergo decretari per misericordiam in ordi-
ne ad specificandum actum spei, non tamen hinc deducitur ergo concurrere solummodo ma-
terialiter et praesuppositive, sed tantummodo colligit misericordiam ingredi formaliter, aut proxi-
mum distinctum obiectum formale spei, quam ergo; sed in ordine ad specificandum proximum dissimi-

decretis

dicitur color colores dirari a luce, tamquam per se formalis sub quo; quia ex hoc sequitur quod color dirat materialiter et per se suppositive: unde etsi motivum formale aliquatenus spei cognoscatur in recto, et formaliter ex potestate et misericordia, tamen formaliter ingreditur misericordiam quatenus est et potestas ratione misericordiae, quae dirat ad speciem sperandi spes separata tamquam dirabile ad dirandum, et id circo dicatur aliquo modo materiale et formale respective ad misericordiam; igitur utrumque simul dirrit formaliter ratione obiecti materialis et formalis spei: cum huiusmodi obiectum non distinguatur sperabile spe supernaturali, aliquem latitudine ad utrumque attributum; aut sine ordine ad ipsam potestatem divinam misericordiam ad auxiliandum et subveniendum nobis in ordine ad consequendam beatitudinem obiectivam.

Ad ultimam partem

Ad ultimam partem dico motivum formale spei non esse praecise id quod constituit Beatitudo obiectiva absolute possibilis politice loquendo, id propter absolutam possibilitatem exigit ex parte obiecti sperabilis possibilis practice: cum spes ipsam potestatem praecise sumptam solummodo constituat Beatitudinem possibilem politice loquendo et non practice aut ordinariae; ut huiusmodi possibilitas de summa de potestate de tractare praeparato per misericordiam ad conferendum nobis de facto auxilia per quae ad consequendum Beatitudinis; hinc ad ulterius ipsa potestas non constituit Beatitudinem nobis possibilem eo possibile quod exigitur ad sperandum actum spei supernaturalis; alioquin quodcumque bonum acquisibile de potestate Dei absoluta esset proximum et formaliter sperabile spe supernaturali, et sicut possent qui producunt sperare unionem hypostaticam et alia bona, quae absolute possunt cadere sub ipsa potestate, quod nil absurdius dici potest.

Ex dictis colligitur promissionem qua Deus promittit beatitudinem supernaturalem bene operantibus non esse motivum formale spei, sed solummodo esse conditionem praerequisitam quae proponit specialiter motivum formale sperandi: ut motivum formale spei est super quod ultimo videtur esse illud, cui formaliter innititur securitas spei, et in quo ultimo resolvitur securitas spei; sed licet spes non speret nisi quod Deus promisit nobis, eius tamen securitas non innititur promissioni, nec in illa ultimate resolvitur: ergo promissio qua Deus nobis promittit Beatitudinem non est motivum formale quo speramus, sed est conditio requisita ad sperandum aut de bono ad actum spei, nisi constat quoad utramque partem, et quoad 2am [illegible] sicut quod D. Thomas in dictione huius [illegible] et aliter exponens per tractatum de obiecto formali spei supernaturalis solummodo assignat ipsam potestatem auxiliantem, et nullam facit mentionem promissionis: cum ergo quod securitas spei supernaturalis formaliter innititur illo attributo, quo Deus potest, et vult nobis conferre Beatitudinem nobis promissam, sed Deus non distinctum est formaliter potens, et inclinatum ad conferendum nobis ipsam Beatitudinem suam promissam: cum propterea conveniat Deo ratione potestatis, et inclinatio primo ad benefaciendum ratione misericordiae ratione de prima ratione

Quo ad 2

Quod 3° probatur, quia eadem ratione si quis interrogaretur cur speraret, aut deinde expectaret consequutionem ardui boni sibi promissi recte responderet dicendo: quia spero eiusmodi bonum quia promittens est potens ad illud conferendum: et mihi proprijs sanctis potens ad adimplendum quod mihi promissit: etenim nequit aliquis prudenter sperare rem promissam ab impotenti illam conferre: ergo securitas spei supernaturalis resolvitur in promissionem quo Deus promittit nobis suam Beatitudinem, et in ipsum auxiliantem quo Deus potest, et vult nobis conferre Beatitudinem promissam.

2° colligitur: quod per auxilium Dei, quod communiter asseritur esse motivum formale spei supernaturalis non intelligitur auxilium creatum, aut externum nobis collatum virtute ipsius, et misericordiae Dei; cum motivum formale spei theologicae in recto et formaliter consistat in aliquo attributo divino, et non in aliquo dono creato et supernaturali communicato; et idcirco per auxilium Dei aut ipsum ut auxiliantem debet intelligi Deus ut active auxilians nobis, seu ut potens et praeparatus ad efficiendum auxilia creata, quibus pervenit creatura rationalis ad consequutionem Beatitudinis: quare sicut obiectum primum primarium materiale spei supernaturalis est beatitudo increata, aut obiectum ut connotans Beatitudinem formalem, seu ut consequibilis nobis Beatifica; ita motivum formale quo sperandi supernaturaliter est Deus motive auxilians, seu ipse potens ut active dictatus ad auxiliandum creaturam: quo fit auxilium efficaciter creatum non ingreditur in recto et formaliter in motivo formali spei supernaturalis connotatur tamen ab huiusmodi motivo; ut notat divus Thomas 2a 2ae quaestione 17 art. 6 in corpore. spes facit hominem inhaerere Deo, sicut cuidam principio ex quo bona alia proveniunt; et idcirco eius motivum formale est Deus ut causans in nobis bona, et auxilia, quibus perducimur ad Beatitudinem, ac proinde licet auxilium creatum non ingrediatur in recto motivum formale spei, connotatur ab ipso, sicut effectus connotat à sua causa.

3° colligitur, quod quemadmodum per fidem divinam secundum proprium modum loquendi theologorum dicimus credere Deum, credere Deo, et credere in Deum; ita similiter possumus dicere sperantem per actum spei, sperare Deum, sperare Deo, et sperare in Deum: ac proinde sicut per credere Deum intelligitur respectus fidei ad obiectum materiale primario terminativum, et per credere Deo denotatur eiusmodi fidei ad motivum formale quo credendi, et per credere in Deum, seu ut Deus explicatur relatio fidei formatae ad obiectum charitatis: ita per sperare Deum intelligitur habitus spei ad obiectum primarium terminativum ipsius, quod consistit in Deo ut consequibili a nobis, et per sperare à Deo denotatur respectus spei ad motivum formale quo sperandi, quod est Deus ut primum auxiliativum à quo nobis confertur auxilium consequutivum Beatitudinis; licet per sperare in Deum intelligitur respectus spei formatae ad finem charitatis, à qua spes et reliquae virtutes imperantur.

Ultimo colligitur, quod ex sententia Jesuitarum asserentium efficaciam divi

norum

divinum auxilium non attribui etiam consensui voluntatis, sed consensui conditionato voluntatis creatae praeviso per scientiam mediam. Videmus colligitur spem supernaturalem non esse virtutem theologicam nam objectum quod cujusvis virtutis theologicae debet esse aliquid pure divinum et non constans ex creato, et increato; sed secundum authores scientiae mediae motivum fidele sperandi beatitudinem non est aliquid pure divinum, sed partialiter constat ex aliquo creato: ergo necesse est ut concedant ab ipsis spem non esse virtutem theologicam: min. probatur nam fidele motivum sperandi a Deo beatitudinem est Deus sub ratione primi efficaciter auxiliantis; sed Deus non constituitur efficaciter auxilians nobis intrinsece efficaciter secundum omnes authores praefatos, sed consensu conditionato voluntatis creatae praeviso per scientiam mediam: existimant enim hujusmodi authores Deum nullatenus posse efficaciter auxiliari voluntati creatae nisi praeviderit illius consensum per scientiam mediam, ac proinde consequenter dicere oportet ut concedant Deum extra non esse efficacem ad auxiliandum, et consequenter nec motivum fidele spei supernaturalis

Finis

13 Utrum Deus omnia necessario cum possibilibus 1.
205

Connectat per existentiam transcendentem talem dicat?

Praeter dubium in tres sequentes partes ipsum referimus notabilia, et contrariarum sententias cum suis fundamentis, in quarum i a aliis innumeris clypeo suo repugnante ponuntur; in 3 denique pluribus objectionibus occurrit. quibus statim

Sit ergo prima nota dein, quod circa possibilitatem

supponitur 1. absoluta possibile esse in Deo dari oppositum quod in [illegible] tenuerunt Vuiclephi et Abaylardus damnati in Concilio Constantiensi, haec enim tenet dici non per hoc quod sit facultas qua potest in omne id quod non implicat in veritate, quam tamen excludunt a ratione possibilis ab ipso Deo et peccatum quod loquimur de potentia activa veri effectus; unde cum Deo effectus esse non potuit quamvis in eo quod sit nullo involvat implicatio; de numero potius de quibus loquimur non est peccatum etiam effectus est, quod verum defectus est talis quum etiam a ratione [illegible] illos [illegible] alio terminis [illegible] quod ad causas passivas operans, non sunt quod effectus dicuntur causae activae.

2 Suppositio. possibile esse [illegible] intrinsece, non minus quam entitas et veritas et alia praedicata quibus res possibiles continentur, dicimus quae in quadam capacitate ad existendum cum non repugnantia; et haec dicitur possibilitas absoluta vel logica, ratione cuius aliquid ex obiecto oppositum dicitur quae modus explicandi aliorum in habitudine verorum, quae praedicata non repugnat dubio; de hac ergo possibilitate quaeritur non de possibilitate relativa sive quae talis dicitur comparative dicitur alicui potentiae, a qua accipit denominationem extrinsecam potius, et haec solet ab aliquibus appellari possibilitas [illegible]

3 certum debet esse possibilitatem creaturarum in genere causae efficientis non esse a Deo quod effective sit, quia extra causas ponitur, et possibilitas eam omnino Deo praeveniat, ergo [illegible] non est

ergo

Secundo ... creat rebus per veram efficientiam et influxum, qui a Deo ...

4º certum est ipsam non repugnantiam ad existendum in qua possibilitas consistit, ab aeterno existere saltem ex veritate propositionis quod si ... non antequam quid faceret Deus in tempore, vel antequam ab aeterno quidquam decrevisset facere, iam verum erat Deum esse omnipotentem et posse in omne id quod fieri non implicabat: ergo iam pro illo tunc ex veritate propositionis existebat non repugnantia ...

5º est notandum quod haec ... tiva seu non repugnantia ... quae existentialiter ... dicitur ... et in se ... obiectum ... quae de possibilibus enuntiant, vel enuntiari possunt, nunquam deficit obiectum, ex quo ... veritatis, et hoc obiectum, a quo ... immediate summitur veritas est, quod distinctum ab esse infinito Dei non repugnat ... ut fiat a quo ... summitur veritas est ... quod omnipotens potest producere ... sub esse ... causas ... non ... esse divinum ... in omni genere infinitum, et ab illo distinctum ... causa: quia esse divinum nullatenus est effectibile ab ... sed solum participationes ipsius effectibiles sunt, ... abs ... sic distincto inquirimus an ... dicatur, ... dependentia ... ab ... tanquam a causa, et ... illius causalitate non physica sed logica existente in infinita perfectione ... cui repugnat non continere omne quod non repugnat, seu ... est quod possibilitas rerum dependet ab esse divino non ... : eo quod non pendeat ab esse divino ut ... immutabili ... ut continente omne non implicans, unde possibilitas ut dependens a Deo est ... excogitata a Deo intra suum ... existens, sic ... non importat ... transeuntis ... permanentis Deo.

Et quidem constans doctrina est ... nullatenus proprie definiri et explicari ... causalitatem sui effectus, cum ... definiatur in ordine ad effectum ab ipsa causabilem; unde difficultas est de modo quo exigat ... sui effectus: eo quod est notandum ... nullo ... dicitur quod in nullo ... potest ... ex

ex defectu vnius sequitur naturaliter defectus alterius, quo spectat relatio connexionis cum tro.

6 est notandum posse vnum cum alio naturaliter connecti, quin ab illo dependeat: quod patet in relationibus creatis, quae connectuntur naturaliter cum terminis, absque dependentia causali ab illis, alias non essent simul natura et cognitione et vnam personam divinam connectit realiter cum alio absque dependentia ab illo: latius ergo patet connexio quam dependentia = 7 est notandum dupliciter posse effectus considerari, siue pure possibilis, et quatenus praescindit ab actuali existentia, siue exercite existentes: in praesenti non inquiritur de connexione cum effectu actualiter existente, sed de illo 1º modo considerato: an scilicet tale cum ipso connectatur, ut eorum destructione ipsorum destructio sequatur.

Qua in re duplex est principalis sententia

1ª negans possibilitatem ... connecti naturaliter ipsos, quam tenent Scotus, Durandus, Suarez, Alexander Ægidius, quibus adiunguntur Obiedo, Alarcon et moderni D. Ximenez lib. 4. phis. tract. 2º cap. 3. referens pro sua sententia quamplurimos:

Et quidem haec sententia non levibus nititur fundamentis: non primo fuit sequens ratio: non ipso divina est perfectio intrinseca Dei, realiter identificata cum natura divina; sed nulla perfectio divina realiter Deo identificata realiter connectitur cum creaturis: ergo ipso nullatenus connectitur cum creaturis possibilibus: maior videtur certa: non id quod connectitur cum alio naturaliter exigit illud ut possit existere sed nulla perfectio divina realiter identificata Deo naturaliter exigit ad sui existentiam creaturas possibiles, alioquin Deus dependeret intrinsece in suo esse a possibilitate creaturarum, cum omne id quod indiget alio ad suam perexistentiam naturaliter videatur dependere ab ipso, ut patet hac inductione: non enim alia ratione solet asseri materia dependere a forma nisi quod indiget eius consortio ut possit existere et conservari: ergo cum quaelibet perfectio divina sit independens a creaturis possibilibus, naturaliter est quod neget aliquam perfectionem pure divinam esse naturaliter connexam cum possibilitate creaturarum.

2º fundamentum.

2.um fundam. dum pro hac 1.° et quidem validissimum est; nam deficiente
te possibilitate creaturarum, nullatenus sequeretur ex parte Dei defectus alicuius virtutis intrin-
secae, aut perfectionis: ergo omnipotentia quoad suam virtutem intrinsecam non connectitur cum creatu-
ris possibilibus necessario, consequentia videtur certa; cum id quod connectitur necessario cum aliquo ne-
cessario deficiat, deficiente illo, cum quo connectitur, et antecedens probatur: in hypothesi quod deficeret
omnis possibilitas creaturarum eodem modo compararetur potentia activa Dei ad creatu-
ras omnes, quomodo comparatur de facto chimerae, aut alii termino impossibili, cum in
hoc eventu omnia entia extra Deum essent absolute impossibilia, tali modo ex absoluta
impossibilitate chimerae non sequitur in Deo defectus alicuius activitatis, aut perfectionis intrin-
secae, cum iuxta doctrinam D. Thom. q. 9. de pot. art. 7 ubi ait: Deus non dicitur non po-
tens facere impossibile propter defectum intrinsecae potentiae, aut virtutis Dei, sed propter
defectum obiectivum possibilis, aut propter praecisam impossibilitatem passivam rei, quia ra-
ne possibilis deficit propter suam repugnantiam. Et ideo a quibusdam Deus dicitur po-
tens ad omnia quamvis impossibilia, et propter suam repugnantiam non possint fieri, aut
subiici potentiae activae Dei; ergo similiter in eventu in quo deficeret possibilitas absoluta omni-
um creaturarum, nullatenus sequitur in Deo defectus perfectionis, aut virtutis intrinsecae. Maior
et minor videntur certae. et consequentia probatur: nam eo modo denegatio potentiae in Deo ad productio-
nem chymerae non arguit in Deo defectum perfectionis, aut virtutis intrinsecae, quatenus chymae-
ra est 2.um se impossibilis, et nullatenus potest fieri, aut subiici Deo per activam, sed deficiente
possibilitate omnium creaturarum, omnes essent 2.um se impossibiles, ideo in defectibi-
li a Deo; ergo in illo eventu non argueret in Deo negatio potentiae aut virtutis intrinsecae, sed solum
sequeretur illas non posse fieri a Deo propter praecisam suam obiectivam impossibilitatem.

Probant hi Authores suam sententiam in hunc modum,
causa increata est magis necessaria quam possibilitas creaturarum; ergo non connec-
titur necessario cum possibilitate suorum effectuum: antecedens constat, et supponit a nostris
Thomistis, qui asserunt necessitatem creaturarum dependere a necessitate primae causae,
et idcirco esse magis necessarium Deum esse, quam creaturas possibiles, et consequentia
probatur: quia magis necessarium non potest necessario connecti cum minus necessario, ergo etc.

Confirmatur 1.° hoc signum, sequitur omnipotentia Dei necessario connec-
ti cum creaturis possibilibus, quia universae creaturae ut possibiles eadem ne-
cessitate connectantur cum omnipotentia, et cum quin detur mutua connexio
inter huiusmodi extrema; sed ex mutua connexione inter omnipotentiam, et
effectus possibiles sequitur omnipotentiam Dei non esse magis necessariam, quam

quam

quam Creaturæ possibiles: ergo causa increata nullatenus potest connecti cum possibilitate suorum effectuum. ergo sequella, quia extrema quæ inter se connectuntur mutua connexione sunt eiusdem necessitatis, ut patet in Divinis; nam eatenus Pater æternus est æqualis necessitatis cum filio, quatenus sibi invicem connectuntur connexione necessaria, aut reciproca, seu quatenus nequit esse sine filio, et filius sine Patre: ergo ex mutua connexione inter omnipotentiam et creaturas possibiles sequitur, creaturas possibiles esse æqualis necessitatis cum omnipotentia, et consequenter causam increatam non esse magis necessariam, quam esse possibile sui effectus.

2.º Conf.r ergo non magis spectat ad intrinsecam perfectionem omnipotentiæ Dei potestas productiva creaturarum possibilium, quam ad perfectionem Dei intellectus illas posse intelligere; sed intrinseca perfectio intellectus non connectitur necessario cum veritate obiectiva, aut intelligibilitate obiectiva creaturarum possibilium: ergo nec omnipotentia Dei connectitur cum earum possibilitate; maior videtur certa, cum per potentiam intellectivam constituatur Deus potens intelligere quodcumque intelligibile, sicut per omnipotentiam constituitur potens causare omne possibile, seu causabile; minor autem probatur quia intrinseca perfectio Dei intellectus non exigit necessario intelligibilitatem, aut veritatem obiectivam alicuius obiecti creati, cum non perficiat intellectus Dei percipiendo creaturas: ergo si per impossibile deficeret veritas obiectiva omnium creaturarum tam possibilium quam existentium, non hinc deduceret, deficere aliquid spectans ad perfectionem Dei intellectus, et consequenter potentia intellectiva non connectitur necessario cum veritate obiectiva creaturarum sed solum exigit necessario intrinsecam intelligibilitatem ipsius Dei prout distinctam ab intelligibilitate extrinseca creaturarum.

3.º Conf.r si causa increata connecteret necessario cum creaturis possibilibus, non posset intuitive, aut quidditative cognosci quin cum illa cognoscerentur eiusmodi creaturæ; sed conceditur à pluribus theologis, Beatum posse videre intuitive causam increatam cum omnibus suis perfectionibus absque visione, aut cognitione creaturarum possibilium: ergo omnipotentia non connectitur etiam. maior constat; nam eatenus nequit cognosci unum relativum sine alio, quatenus quælibet relatio connectitur necessario cum termino: ergo si omnipotentia connecteretur cum possibilibus nequiret ipsa quidditative cognosci, quin possibilia cognoscerentur.

Sed his non obstantibus, alia est huic opposita sententia asserens causam 2.am formalem rationem causæ petere essentialiter, et necessario possibilitatem sui effectus ita ut ac per consequens omnipotentiam Dei connecti necessario cum creaturarum possibilitate, ita ut ex effectu illarum desumatur in Deo ratio principii causativi illarum; ac per consequens

omnipotentia

omnipotentia; sanciunt sententiam cum D. Tho. omnes ejus veri Discipuli, quibus adhaerent aliqui Neotherici, et praecipue P. Valentia, Herice, et Arriaga, quamvis isti in modo loquendi à thomistis differant existimantes, connexionem causae cum effectu esse relationem transcendentalem.

Sed pro elucidatione veritatis ad 2am partem huius relectionis de veniens, ut mentem nostram à modo dicendi Neothericorum discernamus 1am CCm ita tum, quae sic se habet. = 1a. CC. omnipotentia Dei ut causa est possibilium respectum transcendentalem ad possibilia non dicit, bene vero ratione cum illis connectitur, ita ut ex illorum destructione à posteriori defectus omnipotentiae arguatur. = Haec pro 1a. parte sic probatur; ordo transcendentalis dicit connexionem cum illo ad quem refert, et ordinat dicit habitudinem dependentiae essentialis, cum illud dicat transcendentaliter referri ad aliud, cujus entitas dependet, et perficit ab ipso; sed causa 2a. ratione causae, est independens à suo effectu; immo ipsa est terminus dependentiae ipsius effectus stricte, et causalis dependentiae; ergo omnipotentia, quae causa est possibilium ordinem transcendentalem ad ipsa non dicit, sed potius possibilia ad omnipotentiam hoc respectu referunt. — Quod his declaratur exemplis; inter mensuram, et mensuratum non datur mutua relatio, sed solum ex parte mensurati datur respectus, et ordo realis ad mensuram, non vero è converso, eo quod mensuratum perficit, et regulat per mensuram, non vero mensura per mensuratum. — Et similiter obiectum visibile non refert realiter transcendentaliter ad visum, sed visus ad visibile; sed omnipotentia Dei est suprema regula omnium creaturarum, et perfectio omnium illarum, ex cujus participatione omnis creatura est, non vero è contra à creaturis perficit; ergo nulla relatione transcendentali refertur ad possibilia, sed potius possibilia ad illam referuntur.

Ut ergo pro 2a. parte plenius ac lucide appareat nostra stabilita CC. prius ad contrariae sententiae fundamenta rejicienda aggredior, ut ab his nebulis expurgata, probabilior eluceat. — 1um. ergo fundamentum impugnandum venit, nam ipsi illo negant Deum increatum 2a. ratione causae esse ratione connexum cum possibilibus de effectus, quia existimant huiusmodi connexionem obstare independentiae Dei à creaturis possibilibus; sed ex hac connexione nullatenus Deum 2a. aliquam ipsius perfectionem à possibilibus dependere, sed potius deducit ex illa convenire Deo perfectionem eminentialem, ratione cujus exigit dependentiam aliorum à se; ergo ex isto principio corruit contraria sententia. Probatur minor multipliciter, nam ut notum terminus in principio Pater aeternus connectitur necessario cum ejus filio absque dependentia ab illo, et relativa in creatis connectuntur ratione, nequit enim unum existere sine alio, et tamen unum ab alio non dependet, alias non essent

simul

simul natura, et cognitione: g.º stat sine dependentia connexio. = 2.º veritas priorum connectit nario cum cc.ᵗⁱˢ veritate, quin ex huiusmodi conne xione depend.ᵃ priorum à cc.ᵉ det.ᵘʳ g.º = 3.º nam esse ut radix proprietatis connectit intre et nario cum ipsis; et tamen prout sic non est ab illo depen dens: g.º dat.ᵘʳ connexio absque depend.ᵃ

Quod totum hac rone conf.ᵘʳ g.º ad depend.ᵃᵐ requi rit.ᵘʳ subordinatio extremorum mutua, ad connexionem sat est continentia unius in alio; sed abest subordinatio omnipotentiæ ad possibilia, et adest con tinentia eminentialis possibilium in illa: g.º stat rone continentiæ connexio, et quod unum sine alio existere non valeat, et rone carentiæ subordinatio nis omnipoe, independ.ᵃ istius à possibilibus.

2.ᵘᵐ fundamentum etiam rejicit; nam destructis possi bilibus, seu ex illorum repugnantia seq.ᵘʳ deffectus virtutis, et poe causativæ illo rum in Deo: g.º stat possibilium cum omnipoa connexio. p.ʳ ans; g.º possibilitas crea turarum non est aliquid in se actu extra causæ potentiaz; id circo destructio illarum non potest esse nisi in causa; sed non potest possibilitas hæc in causa dex trui, nisi destruat virtus productiva creaturæ, quæ est ipsamet cª: g.º destruc tis possibilibus à posteriori saltem destrueretur omnipoa, in cuius virtute, et potentia causativa continent.

Conf.ʳ res actu esse possibiles est actu contineri intra causas, non vero aliquid extra cªs actu habere; alias non pro ducibiles, sed productæ dicerent, sed contineri actu intra causas est ipsa poa et actualitas cªæ continens: g.º destructio pobilium est actualitatis poæ conti nentis destructio.

3.ᵘᵐ etiam rejicit fundam.ᵗᵘᵐ nam quamvis Deus magis necessarius sit pobilibus, potest nario cum illis connecti: g.º ex maiori Dei necessitate non se.ʳ inconnexio etc.ᵃ p.ʳ ans; 1.º nam ut Adversarij fatentur, omnipotentia Dei est detrata nario ad continendum eminent.ᵉ hominem sub conditione, quod non implicet contradictionem, et cont.ᵗ est nario connexa cum passiva continentia hominis, sub p.º dicta conditione, sed etiam conti nentia passiva hominis aliquid creatum sub conditione assignata, et in ter minus narius entitati D.ᵉ omnipoe; quæ aliq.ᵈ increatum habet necessitate maiori: g.º magis narius potest cum minus nario connecti ab intrinseco. —

2.º

2.º ꝗ. arg.; veritas prioris magis naria est veritate CC.ⁱˢ ut tenent Logica ducti ratione, propter quod unumquodque tale etc. CC.º nanque est naria ex prius, et contra principia magis naria sunt, cont illorum veritas est naria connexa cum veritate CC.ⁱˢ ita ut ista defficiente naria defficiat veritas prioris, alias in bona demonstratione possent premissæ esse veræ, et Conclusio falsa; quod omnino sensui repugnat, et lumini naturali: ꝗ. magis narius potest cum minus naria connecti: ꝗ. quamvis omnis possentia magis naria entitate obtima possibilius, erit naria cum illa connexa, et ratio à priori est, quia exigo quod unum sit narium à se, et aliud narium ab alio, illud magis narium, sed stat narium à se connecti naria cum habente necessitatem ab alio ꝗ. stat cum magis naria minus necessarij connexio. =

3.º ꝗ. nam etiam magis narium est, hominem esse ralem, quam risibilem esse, cum risibilitas necessitatem habeat a realitate, et esset reale risibili connectitur naria, quia isto deficiente, deficeret reale saltem à posteriori: ꝗ. magis narium etc.

Obiectionibus his confutatis contrariorum fundamentis, nostræ CC.ⁱˢ nunc accedamus. 1.º ꝗ. authoritate D. Thomæ pro CC.º nam q. 2. de veritate art. 3. ad 11. ait: Dicendum quod quamvis a linea diminuat punctum in actu, nil deperéat de lineæ quantitate, si tamen diminuat à linea quod sit à puncto trahibilis, deperit lineæ totaliter. Similiter etiam de Deo; non enim aliquid de Deo deperit, si eius modi creaturæ ponatur non esse, deperit tamen perfectioni ipsius, si auferatur ab eo potestas producendi creaturas, non autem ignorat res solum 2.ᵘᵐ quod sunt in actu, sed etiam 2.ᵘᵐ quod sunt in potentia eius. Hæc D. Thomas, ex quibus tale conficio argumentum: si auferatur à Deo potestas producendi creaturas, deperit aliquid perfectioni Dei, sed id, quod tollit ex ablatione alterius, naria connectitur cum illo: ꝗ. Deus de ratione suæ perfectionis intrinsecæ naria est connexus cum creaturis possibilibus.

Resp.ⁿᵗ 1.º Adversarij D. Thomam loqui de potentia conditionata producendi creaturas, scilicet, sub conditione non repugnantiæ ipsarum, qua ablata verum est auferri à Deo unicam perfectionem; hæc autem ex repugnantia creaturarum possibilius non tollit, sed tantum potentia producendi creaturas absolute, quæ partim intrinseca est, et partim extrinseca, et contra potest non esse absque detrimento intrinsecæ perfectionis Dei.

Sed contra, nam D. Thomas loquitur de potentia Dei ut est medium actualis cognitionis creaturarum possibilius de qua argumentum 11. procedebat, sed non est medium actualis cognitionis creaturarum possibilius potentia producendi illas sub conditione sed potentia productiva absolute: ꝗ. hæc interpretatio substineri nequit. =

2.º

2°. alij pro dicto testimonio occurrunt dicentes, loqui Ang.mum Doctorem de pot.a producendi creat. absolute, et 2.m suam entitatem, quae est perfectio intrinseca Dei, ac proinde ex illius ablatione aliquid deperiret perfectioni eius intrinsecae, n. autem de pot.a productiva creatur. 2.m respectum rationis, aut denominationes pot.e: creaturarumque quod sic sumpta Deo non conveniret, n. seq.r defecturam perfectionem Dei intrinsecam et solum sub hac 2.a consideratione, auferret ex repugnantia creaturarum modo possibilium; ac proinde ex prins D. Thom. non sequitur connexio intrinseca, et nec.a omnipotentiae cum possibilibus.=

Sed haec solutio recta non est; quia proposit. impugnat; nam pot.a productiva ut est medium actualis cognitionis creaturarum possibilium est connexa cum earum possibilitate; sed pot.a quatenus sic ablata, ut docet D. Thom., aliquid deperiret perfectioni intrinsecae Dei: ergo dicit perfectionem Dei intrinsecam esse nec.o connexam cum creaturarum possibilitate, tunc enim unum est nec.o connexum cum alio, quando ex eius non esse, aut destruct.e 2.m aliquid sibi intrinsecum destruit.

2°. probatur quia ablato obiecto alicuius potentiae n. solum quoad existere, sed etiam quoad posse existere indispensabiliter aufert pot.a, quae talis dicit in ordine ad illud; sed ablata creaturarum possibilitate sic, quod nil sit possibile, aufertur quoad actum, et quoad potentiam obiectum omnipotentiae: ergo si nil esset possibile, non adesset Deo omnipot.a: ergo minor. pot.a est per attingentiam sui obiecti, vel saltem est per se connexa cum illo: ergo ablato obiecto quoad actum, et quoad potentiam, necesse est destrui potentiam, quae est, et dicit circa illud; minor etiam probatur: nam obiectum circa quod omnipot.a definit, est possibile ex ipsa habitudine terminorum; hoc autem ipso, quod nil sit possibile, sed omnia implicent, possibilitas creaturarum n. tantum actu aufert, sed etiam aufert quoad posse, quia ex quo aliquid non est possibile, ex hoc est impossibile quod sit possibile, nam impossibile est, impossibile autem est, ~~cui~~ illud, cui non tantum repugnat existere, sed etiam ipsa possibilitas ad existere: ergo ablatis possibilibus aufertur obiectum

3°. probatur quia nam causa per virtutem causativam sui effectus in actu 1°. constituit, eatenus enim causa est principium, ad quod natum est sequi aliud, sicut exigit ad conceptum essentialem causae (ut ex ipsius defin.e patet) quatenus habet virtutem, aut potentiam praecontinentem effectum, sed virtus, aut potentia causativa effectus necessario connectitur cum illo saltem 2.m esse possibile ipsius: ergo causa 2.m rationem essentialem causae necessario connectitur cum esse possibili sui effectus; probatur minor; id nec.o connectitur cum altero, quod necess.o tollit, aut destruitur, illo sublato aut destructo, sed sublato possibilitate passiva effectus, necess.o tollit virtus, aut potentia causativa ipsius, cum nullatenus

sit

sit possibilis virtus, aut potentia causativa rei omnino impossibilis, aut rei, cui repugnet fieri, et causari: g.º virtus, quae constituit causam in esse talis necess.º connectit cum effectu ut possibili, aut causabili.

Conf.ʳ 1.º nam quemadmodum causalitas actualis, aut exercita connotat terminum aut effectum actualiter causatum, ita virtus aut potentia causativa connotat terminum aut effectum possibiliter causabilem, sed causalitas actualis, aut actio cuiuslibet virtutis causae necess.º connectitur cum effectu actualiter causato, aut producto: g.º similiter virtus causativa, quae constituit causam in actu 1.º necess.º connectit cum effectu possibili, aut possibiliter causabili, et idcirco sicut causa actualiter causans necessario exigit effectum aut terminum exercite existentem, aut actualiter causatum, ita principium potens causare necess.º connotat effectum, aut terminum possibiliter causabilem, ac proinde quaevis entitas 2.ᵘᵐ rationem formalem principii causativi necess.º connectitur cum effectu aut possibili, aut causabili.=

Conf.ʳ 2.º nullum principium potest esse, aut intelligi absolute causativum, quin illi correspondeat actio, aut causalitas saltim possibilis, cum principium causativum sit aliquid potens influere, et idcirco essentialiter connotat influxum, aut actionem saltem possibilem; sed eo ipso, quod causa necess.º exigat possibilitatem actionis, aut causalitatis, debet necess.º exigere possibilitatem termini, aut effectus, et idcirco cum illo necess.º connecti: g.º principium causativum 2.ᵘᵐ se debet necess.º connecti cum termino aut effectu possibili. Maior videtur certa, et potest quamplurimis instantiis persuaderi; nam exclusa possibilitate actionis calefactivae, nullatenus posset dari, aut intelligi principium, aut potentia calefactiva, et sublata possibilitate visionis, nequit ullatenus dari potentia visiva; ac proinde exclusa possibilitate actionis 2.ᵘᵐ se, necessarium est ut tollat potestas ad agendum, cum non sit magis necessaria connexio potentiae calefactivae cum possibilitate calefactionis, quam potentiae, s. causae communiter sumptae cum possibilitate actionis, aut causalitatis in communi: et minor p. g.º eatenus causalitas aut actio causae, dicitur possibilis, quatenus illi correspondet terminus possibilis, aut causabilis, cum sit omnino impossibilis tractio actionis ad effectum impossibilem: g.º eo ipso, quod causa 2.ᵃᵐ rationem essentialem causae necess.º exigat possibilitatem causalitatis, aut actionis, etiam debet necessario exigere possibilitatem effectus.

4.º probatur p. ll.º g.º non obstante independentia causae increatae à creaturis possibilibus necess.º connectit cum earum possibilitate: g.º quaevis causa

Causa necess.º connectit cum sui effectus possibilitate: ... q.ª nam causa V. constitui tur in ratione causæ per virtutem productivam creaturarum, quæ consistit in potentia ac tiva, qua Deus dicit omnipotens, sed virtus productiva, aut causativa creaturarum ne cess.º connectitur cum possibilitate ~~sui effectus~~ earum: g.º causa increata q.ªm rationem formalem causæ necess.º connectit cum possibilitate sui effectus. minor q.ª nam posita impossibilitate creaturarum possibilium necess.º deficeret Deo virtus productiva ipsarum, sicut enim de facto non reperit in Deo virtus, aut potentia productiva chymeræ propter eius absolutam impos sibilitatem, aut repugnantiam, ita posita impossibilitate omnium creaturarum possibilium, deficeret Deo virtus aut potentia productiva ipsarum, cum sit impossibilis, immo inintelligibi lis virtus productiva, aut causativa effectus omnino impossibilis: g.º virtus, aut potentia, qua Deus constituitur productivus creaturarum necess.º connectitur cum earum possibilitate.

Conf.ª et magis explicat hæc ratio; q.ª si deficeret absolute possi bilitas creaturarum possibilium, intrinsice deficeret virtus, aut potentia causativa ipsa rum: g.º huius modi potentia necess.º connectitur cum creaturis possibilibus. patet cons. et ans. p.ª q.ª in hypotesi, in qua deficeret obiectiva possibilitas creaturarum possibilium æque compararet Deus quoad continentiam causabilem ad omnes creaturas, ac modo de fac to comparat Deus ad entia pure chymerica; sed de facto caret Deus virtute, aut potentia causativa entis chymerici: g.º in supp.º quod deficeret absolute possibilitas omnium creaturarum possibilium, intrinsice deficeret ex parte Dei potentia causativa ipsa rum, cum nulla potentia causativa contineat effectum omnino impossibilem, eo quod possibilis continentia illius in causa redderet.

Huic arg.to cui prævalit imittit nostra s.ª contendunt contrarij occurrere varijs solutionibus. 1.º Resp. g.d et si omnes creaturæ quæ de facto sunt subiicibi biles causalitati D.e omnipotentiæ simpliciter implicarent, et redderent absolute impos sibiles, in eo eventu nullatenus desperet in Deo destructio omnipotentiæ, q.ª ut Deus dicat omnipotens, sufficit ut quantum est ex se, sit potens producere quidquid non repugnat, aut contradictionem non involuit, quo propter si tolleretur absoluta possibilitas om nium creaturarum Deus permaneret omnipotens, quatenus ex se posset illas producere, si fuissent possibiles.

Unde omnipotentia Dei non exigit absolutam possibilitatem creaturarum sed tantummodo posse illas producere, si fuissent possibiles, aut sub conditione,

quod

quod non repugnent, quod ab aliquibus contrariorum explicat asserendo, quod Deus est absolute omnipotens, supposita impossibilitate creaturarum, q.a posset conditionate ipsas producere, nimirum si non repugnarent.

Quamvis haec solutio sit celebris inter Recentiores Jesuitas existimantes per illam totaliter enervari vim nostri arg.ti potest tamen facillime confutari nedum ex nostris principiis, verum etiam ex doctrina, cui communiter adhaerent. Unde 1.o rejicit praedicta solutio, q.a sublata possibilitate absoluta creaturarum possibilium, nullatenus posset Deus vere, et realiter potens dici illas causare, ac producere: g.o etc.a pr. ang. nam ut Deus sit potens absolute, et realiter ad producendum aliquid non sufficit, ut conditionate possit illud producere, nimirum sub conditione, si non repugnaret: g.o exclusa possibilitate absoluta creaturarum, nullatenus Deus esset potens vere et realiter illas producere. pr. ang; nam Deus de facto non est vere, et realiter potens producere alterum Deum, et tamen conditionate posset plures Deos producere, si pluralitas Deorum non repugnaret: g.o ut realiter, et absolute possit producere non sufficit conditionata potestas asserta ab adversariis, nimirum q.d possit, si terminus productionis non repugnaret, alioquin absolute verificaret, Deum esse vere, et realiter potentem ad peccandum, q.a si peccatum non repugnaret D.E. rectitudini, Deus posset causare illud.

2.o rejicit; nam ex eo q.d posset conditionate producere creaturas impossibiles, nimirum ex eo q.d si sub conditione non repugnarent, non infert, dari in ipso p.am productivam ipsarum, sed solum quamdam p.am conditionalem, sed p.a conditionalis dependens a positione conditionis impossibilis, vere, et realiter non est p.a positive, sed tantum improprie, et nominaliter: g.o ex negatione possibilitatis absolutae creaturarum possibilium sequitur in Deo negatio absoluta p.ae productivae creaturarum, et idcirco omnipotentia D.a necess.o connectit cum possibilitate absoluta creaturarum, quatenus distincta a possibilitate conditionata. maior est certa, et minor p.r 1.o q.a conditionalis nihil ponit in esse 2.um positionem absolutam et positivam, ni purificata conditione. g.o p.a conditionata, quae dicit, convenire alicui principio dependenter a positione conditionis impossibilis non est vere, et positive p.a. = 2.o pr. eadem minor, nam si potentia conditionata dependens a conditione impossibili esset vere, et positive p.a respectu effectus, quem conditionate respicit, posset absolute verificari Deum modo habere p.am causativam alterius Dei, aut hominem habere potentiam ad volandum, cum certum sit Deum habere conditionate p.am ad producendus

Cendum alterum Deum, nimirum sub conditione, quod non repugnaret, et hominem posse conditionate volare, nimirum si haberet alas; ergo potentia, quae asserit, aliquod potentiarum conditionate causare aliquid, non est vere et positive potentia causativa.

3º. rejicit; nam quemadmodum possibilitas absoluta creaturarum est aliquid absolutum distinctum à Deo, ita conditionata possibilitas, cum utraque possibilitas distinguatur à potentia productiva ipsius Dei ut per se patet, sed non obstante omnimoda independentia Dei à quocumque obiecto creato, et creabili, eius omnipotentia necessario connectitur cum conditionata possibilitate creaturarum: ergo non obstat perfectioni, et Dei omnipotentiae independentiae, quod necessario connectatur cum possibilitate absoluta creaturarum: minor probatur nam quemadmodum potentia absoluta potens aliquid causare connotat possibilitatem effectus causabilis absolute ab ipsa, ita potentia conditionate potens causare connotat conditionate possibilitatem sui effectus; sed potentia absolute potens causare necessario connectitur cum possibilitate absoluta sui termini, eatenus enim modo Deus non est, nec dicitur absolute potens causare chymeram, quatenus haec absolute repugnat, seu caret absoluta possibilitate: ergo omnipotentia Dei, non obstante eius independentia à creaturis, necessario connectitur saltim cum possibilitate conditionata ipsarum; et idcirco Adversarij velint, nollint, tenentur concedere omnipotentiam Dei necessario connecti cum aliquo possibili distincto à Deo; et idcirco falso affirmant, causam increatam 2.am rationem causae esse omnino absolutam à quacumque connexione cum suo effectu.

Alij Recentiores fatentur, excitatam solutionem esse omnino deijciendam, unde dicunt quod deficiente possibilitate creaturarum possibilium, Deus non denominaret omnipotens, quia ex defectu huiusmodi denominationis sequeretur Deo deficere aliquam perfectionem intrinsecam, aut virtutem, et idcirco omnipotentia quoad perfectionem intrinsecam nullatenus exigit possibilitatem creaturarum, cum huiusmodi denominatio non sit omnino intrinseca Deo, sed partialiter constituatur per aliquid extrinsecum, nimirum per possibilitatem creaturarum.

Sed haec solutio, licet videatur aliquantulum probabilior praecedenti solutione, ceterum nullatenus satisfacit nostro fundamento. Et sic V. rejicit, quia sicut Deus denominatur intellectivus potentia intellectiva, qua omnia intelligibilia potest intelligere, ita denominatur omnipotens à potentia, qua potest omnia possibilia causare; sed Deum esse intellectivum est denominatio intrinseca adaequate, et idcirco si Deo deficeret haec denominatio, aliqua perfectio intrinseca

illi deficeret: g.° Deum esse omnipotentem est adequate intrinseca denominatio respectu Dei: g.° si deficiente possibilitate creaturum, deficeret denominatio omnipotentis in Deo, deficeret etiam aliqua perfectio intrinseca.

2.° rejicit; nam quem ad modum potentia activa, qua Deus, aut aliud principium causativum denominat potens facere, aut causare connotat factibile, aut causabile, ita actio, qua denominat faciens, aut agens actualiter connotat factum; sed nullum principium denominat agens per formam ab ipso actualiter effectus sed praecise per actionem praecedentem igitur per modum causalitatis activus: g.° similiter et si Deus denominetur potens causare creaturas omnipotentia, quae necess.° connotet earum possibilitatem; non tamen hinc sequitur, eiusmodi denominationem esse aliquo modo extrinsecam, et consequenter si deficiente possibilitate creaturum, deficeret Deo denominatio omnipotentis; hinc deducitur in Deo defectus perfectionis necessariae, et intrinsecae, ac proinde omnipotentia qua ad suam perfectionem intrinsecam necess.° connectitur cum possibilitate creaturum.

Ultimo tandem probatur nostra conclusio ex doctrina communiter concessa à contrarijs, qui asserunt, omnipotentiam Dei esse medium, in quo necess.° cognoscuntur creaturae possibiles; sed medium, aut principium movens necess.° ad cognitionem alterius necess.° connectitur cum illo: g.° omnipotentia Dei necess.° movet ad cognitionem effectuum possibilium, necessum est ut concedatur, illam esse necess.° connexam cum eorum possibilitate. minor constat, nam eatenus quaevis relatio necessario terminat ad cognitionem sui termini correlativi, quatenus cum illo connectitur connexione necessaria, aut essentiali, et id circo nullatenus movet ad cognitionem alterius extremi extranei, quod habet entitatem absolutam à connexione, seu exigentia huiusmodi extremi extranei: g.° omne medium, aut principium necess.° movens ad alterius cognitionem, debet esse connexum cum illo connexione necessaria. =

Solvuntur fundamenta contrariorum.

Ad 1.um fundamentum contrariorum, cui tamquam Achylli nituntur Adversarij ad asserendum omnipotentiam Dei esse absolutam à connexione cum creaturis possibilibus facile respondetur ex dictis dicendo g.° et si omnip.a Dei sit adequate perfectio intrinseca Dei non hinc deducitur, illam non exigere possibilitatem suorum effectuum exigentia necessaria

conne

connexionis necessariæ, nam ut supra diximus, potest aliquid ratione eminentiæ con-
necti cum altero, quin ab illo dependeat dependentia causali, quæ sola dicitur
dependentia stricte accepta arguens in extremo dependenti; qui enim ambi-
git Patrem Æternum esse necess.° connexum cum filio, quin ex hujusmodi co-
nexione sequat Personam Patris dependere a filio dependentia stricte
sumpta; ac proinde ex connexione omnipotentiæ cum creaturis possibilibus nul-
latenus deducit, illam ab ipsis dependere, cum hujusmodi tantum ar-
guat Deum esse adeo perfectum, ut ejus summa perfectio necess.° exigat præ-
continentiam causalem possibilium creaturarum, seu ejus bonitatem non esse sterilem, sed necess.°
communicabilem ad extra, quæ communicabilitas nequiret subsistere deficiente possibilitate
aut non repugnantia creaturarum, cum nulla causa possit suam similitudinem commu-
nicare rei omnino impossibili. — Nec obstat instantia adducta de mat.ª, et forma, q.
non ideo potius mat.ª dependet a forma, q.ª exigit illam ut causam, sed q.ª exigit illam ut
causam a qua sumit speciem et perfectionem: Omnipotentia autem D.ⁱ n. exigit possibilita-
tem creaturarum ut ab ipsis perficiat, sed potius ut illas perficiat, et causet, et idcirco nulla-
tenus dependet ab illis.

Ad 2.ᵘᵐ fundam.ᵗᵘᵐ resp. neg. ass., ad p.ᵐ resp. quod deficiente possibilita-
te omnium creaturarum ex parte Dei omnino deficeret virtus causativa qua Deus constituit
continens causalit., aut eminentialit. effectus ab ipso causabiles, et idcirco absolute
deficeret Deo perfectio intrinseca, cum potentia activa sit perfectio intrinseca Dei ut docet D.
Thom. q. 31. de potentia art. 1. in corpore, ac proinde omnimoda impossibilitas creaturarum
necess.° argueret ex parte Dei defectum intrinsecum perfectionis D.ᵉ nimirum om-
nipotentiæ. — Nec urget contra hanc doctrinam instantia adducta de Chymera, ex
cujus absoluta impossibilitate non sequitur in Deo defectus intrinsecus alicujus virtutis, aut
perfectionis intrinsecæ, quia ex particulari impossibilitate chymeræ, s. alterius obti
impossibilis, n. sequit absolute et simplicit. Deum carere potestate causativa, sed
solummodo infert potentiam causativam Dei non posse se extendere, aut ter-
minare ad chymeram, q.ª hæc caret ratione terminativa ipsius, nimirum possibilita-
te, et idcirco modo dicit Deum non posse producere chymeram ob præcisam
repugnantiam, aut impossibilitatem ipsius chymeræ, et non propter defectum alicujus
perfectionis intrinsecæ; si autem omnia entia, quæ de facto subjiciunt causalitati D.ᵉ
omnipotentiæ essent absolute impossibilia, sequeretur non solum potentiam causativam Dei
non posse trahi ~~ad~~ ad hoc, s. illud solum particulare, verum etiam ejusmodi potentiam
nullatenus esse potentiam realit., et positive causativam, cum nullum prorsum

possit

possit esse, aut dici absolute causativum, quin illi correspondeat huius capabilis absolute, quo circa et si modo ex impossibilitate particulari chymerae non sequatur in Deo intrinsecus defectus perfectionis intrinsecae, tamen deficiente universaliter possibilitate omnium creaturarum sequeretur absolute in Deo absoluta carentia potentiae activae, sicut modo in homine non sequitur defectus intrinsecus potentiae visivae ex hoc quod huiusmodi potentia non possit extendi ad hoc, vel illud obiectum invisibile, et tamen si absolute deficeret visibilitas omnium obiectorum visibilium, scilicet si absolute, et universaliter nihil esset visibile, nec sequeretur, hominem nullatenus posse videre, aut illum omnino carere potentia visiva.

Sed contra replicatur: et si deficiente possibilitate omnium creaturarum possibilium Deus nequeat denominari absolute potens producere creaturas, non tamen hinc deducitur Deo deesse aliquam perfectionem intrinsecam: ergo ruit doctrina. Probatur consequentia; nam et si deficiente existentia omnium creaturarum existentium Deus non denominaretur actualiter conservans, aut producens creaturas non hinc infertur Deo deficere aliquam perfectionem, aut virtutem intrinsecam: ergo similiter. Antecedens est certum et consequentia probatur quia non magis identificatur Deo potentia, qua producere potest creaturas possibiles, quam actio, qua conservat, aut producit creaturas existentes, cum iuxta sententiam communem Deus non agat ad extra per actionem distinctam à sua entitate; sed deficiente existentia creaturarum, quae actualiter conservantur, seu producuntur à Deo solummodo deficeret ipsi denominatio, quae denominat conservans, aut producens creaturas absque aliquo defectu intrinsecae perfectionis: ergo exclusa possibilitate creaturarum possibilium solummodo deficeret Deo denominatio potentis producere absque defectu alicuius perfectionis Divinae aut virtutis internae.

Vrget magis: nam Deum esse absolute potentem producere creaturas possibiles non est denominatio pure intra Dei, sed quaedam denominatio extra: sed ex defectu denominationis extrinsecae nullatenus infertur in Deo defectus alicuius perfectionis intrinsecae: ergo quamvis quatenus sublata absoluta possibilitate creaturarum possibilium Deus denominaretur, scilicet non denominaretur absolute potens illas producere non hinc sequeretur ex parte Dei defectus alicuius perfectionis intrinsecae, et idcirco virtus Divina quoad suam perfectionem intrinsecam non connectitur necessario cum possibilitate creaturarum. Minor patet; nam eatenus deficiente denominatione qua Deus denominatur cognitus, aut amatus à creaturis non sequeretur Deo deficere aliquam perfectionem intrinsecam, quatenus esse cognitum, aut amatum respectu Dei est denominatio extrinseca nullatenus proveniens ab aliqua

perfectione

perfectione intra Dei. Et maior q̃ nam ipsa possibilitas obtiva creaturarum saltim partialiter concurrit ad praestandum Deo formalem denominationem, qua denominatur potens illas producere; sicut enim Deus dicit quasi impotens ad producendam chymeram ob impossibilitatem obtivam ipsius; ita dicitur potens producere effectum possibilem propter possibilitatem eiusmodi effectus; sed ad formalem denominationem qua Deus dicit aliquomodo impotens producere chymeram, formaliter aut constitutive concurrit obtiva impossibilitas, aut repugnantia chymerae: ergo similiter ad formalem denominationem, qua Deus denominatur potens producere creaturas constitutive, et formaliter concurrit earum obtiva possibilitas, et idcirco eiusmodi denominatio respectu Dei habet rationem denominationis extrinsecae, qua deficiente, nullatenus deficeret Deo aliqua perfectio intrinseca.

Ad hanc obiectionem resp. concedendo antecedens; et neg. consequentiam, et reddendo disparitatem, quia et si actio, qua Deus denominatur libere conservans, aut producens creaturas actu existentes quoad entitatem non distinguatur ab ipso Deo; caeterum quoad denominationem exigit actualem rationem ad terminum contingentem, aut mutabilem, cuiusmodi est natura existens creata, et idcirco deficiente existentia creaturarum existentium deficeret Deo denominatio, qua denominatur libere conservans, aut producens creaturas quin ullatenus deperiret ex parte Dei aliqua perfectio intrinseca; ex quo constat disparitas, nam potentia qua Deus denominatur absolute potens producere creaturas possibiles nedum quoad entitatem, verum etiam quoad denominationem est absolute, et simpliciter perfectio necessaria, cum non importet nec in recto, nec in obliquo aliquid contingens, quapropter si Deo deficeret haec denominatio, simpliciter deesset illi perfectio necessaria et conveniens cuiusmodi est virtus causalis, quae eminenter continens effectus creabiles: haec solutio fundatur in doctrina D. Thomae q. 2. de Verit. art. 3. ad 11. ubi aperte tradidit disparitatem nuper adductam asserendo quod Deo nihil intrinsecum deperiret, si eius creaturae ponantur non esse actualiter, deperiret tamen perfectioni Dei si a Deo auferat potestas producendi creaturas, quae quidem absolute deficeret ipsi si nulla creatura esset possibilis: quo circa quamvis denominatio actualiter producentis creaturas existentes possit deficere Deo absque defectu alicuius perfectionis intrinsecae non hinc colligitur denominationem potentis producere posse illi deficere sine destructione perfectionis intrinsecae. Legat D. Thomas loco supra allegato ubi nostram doctrinam confirmat egregio exemplo. =

Ad

Ad urgentiam resp. neg. maiorem, ad cuius probationem resp. quod, et si denominatio, qua Deus denominatur absolute potens producere creaturas, de connotato exigat aliquid extrum, nimirum possibilitatem obiectivam creaturum, caeterum forma praestans huiusmodi denominationem formaliter, nullatenus est illa extrinseca possibilitas, sed virtus Dei praecontinens eminentialiter effectus causabiles, aut possibiles, quae communiter vocatur a theologis creaturarum esse. Unde si Deo deficeret denominatio omnipotentis, absolute illi deficeret aliqua perfectio intra, nimirum potentia activa, ratione cuius denominatur potens producere creaturas; quocirca si Deus necessario connotat possibilitatem creaturum, ut denominatur omnipotens, hinc sequitur perfectionem intrinsecam intra necessario competentem Deo esse necessario connexam creaturis possibilibus. — Nec obstat instantia adducta de denominatione qua Deus denominatur quasi impotens producere chymeram ob praecisam impossibilitatem ipsius. — Ad quam resp. quod denominatio de qua Deus dicitur impotens respectu chymerae aut alterius rei ipsi repugnantis non est denominatio positive proveniens ab aliqua perfectione positiva ipsius Dei sicut denominatio omnipotentis, sed quaedam denominatio negativa, nimirum conveniens Deo, quatenus eius activitas, aut potentia causativa nequit extendi ad huiusmodi rerum ob praecisam eius repugnantiam, aut impossibilitatem, ipsa praeterea quamvis concedatur, denominationem illam, qua denominatur Deus impotens ad producendam chymeram esse pure extrinsecam, aut illam praecise provenire ab impossibilitate extrinseca rei, non hinc potest rationaliter deduci, denominationem, qua Deus denominatur absolute potens causare creaturas possibiles esse extrinsecam. — Ex quibus colligitur quod quamvis Deus sit potens intrinsece producere creaturas, et idcirco denominatio qua Deus denominatur potens sit formaliter intrinseca proveniens a perfectione intrinseca Dei, caeterum necessario concedendum est, eiusmodi denominationem necessario exigere connotatus extrinsecus, nimirum possibilitatem extrinsecam creaturum, non tanquam forma a qua proveniat denominatio omnipotentis, sed solum tanquam connotatum ipsi connexum; sicut enim forma denominans hominem potentem videre lapidem non est obiectum obiicibile visui, sed potentia visiva intra inhaerens homini; ita proportionabiliter loquendo forma constituens Deum potentem causare creaturas possibiles non est possibilitas obiectiva creaturae, sed virtus Dei eminentialiter, et causative continens eiusmodi effectum, et idcirco necessario cum earum possibilitate connexa. =

Ad 3um fundamentum resp. concedendo ant., et neg. consequentiam, ad probationem neg. ant., cum certum sit, et omnino indubitatum, principium 2um re esse magis necessarium, quam CC. ex ipso deducta necess. quia ex hoc inferatur primum esse absolutum à connexione necessario cum CC. quapropter ex maiori necessitate causae increatae respectu creaturarum possibilium nullo modo potest deduci illam n. esse connexam connexione necess. cum earum possibilitate; sicut enim iuxta Adversariorum sententiam n. obstante maiori necessitate D. essentiae respectu creaturarum possibilium, illa cum his connectit in esse cognoscibilis, cum esse D. necess. moveat aut determinet D.um intellectum ad cognitionem necess.am possibilium, ita non poterit obstare maiori necessitati D. omnipotentiae necess.a connexio in esse causae cum possibilitate suorum effectuum, nam eodem modo quo verificatur, esse magis necessarium, Deum esse, quam creaturas esse possibiles, ita verificari debet cognitionem D.am respectu Deitatis esse magis necess.am quam eius tractio ad creaturas possibiles, et nihilominus cognitio, qua Deus se ipsum comprehendit necess. necess. exigit trahi ad creaturas: ergo magis necess.um, quamvis non dependeat à minus necess. potest cum illo necess. connecti. =

Ad 4um confirmationem resp. concedendo maiorem, et negando minorem ad cuius probationem distinguo ant.; extrema inter se connexa connexione mutua sunt aequalis necessitatis, si sint extrema eiusdem ordinis concedo ant. si diversi ordinis nego maiorem, quia etsi multoties verificetur aequalis necessitas inter extrema mutua connexione connexa, quando huiusmodi extrema sunt eiusdem ordinis propter eorum omnimodam convenientiam in perfectione essentiali, aut propter mutuam independentiam unius ab altero 2um rationem causae, et effectus, ut patet in instantia adducta de Personis D.is quae sunt aequalis necessitatis in essendo, non praecise propter earum mutuam connexionem, sed quia aeque convenit utrique eadem natura cum exclusione causalis dependentiae unius personae ab altera; caeterum universaliter non verificatur, quod extrema connexa mutuo sint aequalis necessitatis, et praecipue si sint diversi ordinis, ut accidit, cum intercedit mutua connexio inter extrema inaequalia, et diversi ordinis, quorum unum subordinatur alteri subordinatione essentialis dependentiae, ut patet in primo necess. connexo cum CC. quod quidem magis necess.um est, iuxta illud commune proloquium Philosophorum: propter quod unumquodque tale, et illud magis; ex quo constat, omnipotentiam etiam si magis necess. sit

posse

posse connecti necess. cum creaturis possibilibus propter essentialem dependentiam earum ab ipso sicut causa cum priori, quin ex hoc inferat creaturas possibiles esse eiusdem necessitatis cum omnipotentia, sicut non infert ex mutua connexione prioris et causae.

Sed obijcies, quod causa ideo dicit minus necessario quam prius, cui subordinatur, quia eiusmodi connexio fundatur in dependentia necessaria: si enim causa non dependeret a principio, nullatenus diceret minus necessarium respectu illius, ut per se patet, sed illud esse possibile, quod ab aeterno convenit creaturis possibilibus non dependet causaliter a Deo: ergo propter dependentiam non est concedendum, esse creaturam possibilem esse minus necessarium quam esse causae increatae, supposita utriusque mutua connexione. Minor probatur 1º. nam prius non dependet a posteriori dependentia stricta, aut causali, cum quaevis causa antecedat suum effectum saltim prioritate naturae; sed prius intelligitur, creaturas esse possibiles, quam Deum esse absolute potentem ad producendum illas, cum haec causalis sit vera: ideo Deus potest producere hominem, aut Angelum, quia homo 2ºme est possibilis, seu eius habens non repugnantiam: sicut vice versa: ideo Deus non potest producere Chymeram, quia haec ex se est aliquid impossibile, et repugnans: ergo esse possibile creaturis non dependet causaliter ab omnipotentia Dei.

2º probatur eadem minor: nihil potest dependere a Deo causalitate vera, et reali, quin terminet causalitatem Divinae omnipotentiae, sed creaturae possibiles nullatenus terminant causalitatem Divinae omnipotentiae, cum Deus non operetur ad extra actione necessaria sed libera, et contra si esse possibile creaturis est aliquid necessarium nequit subijci ut effectus Divinae causalitatis, alioquin Deus causaret aliquid necessario ad extra quod repugnat iuxta communem, et unanimem consensum theologorum, qui affirmant, causalitatem Divinam libere transire ad quemcumque effectum ad extra.

Ad obiectionem respondeo concedendo maiorem, et negando minorem, ad cuius 1am probationem concessa maiori nego minorem: cum enim possibilitas creaturae non consistat in aliquo esse existentiali physico, quod creaturis ex se conveniat, sed solummodo importat esse potentiale essentialiter dependens ab omnipotentia Divina et quamdam non repugnantiam ad esse non a se, sed ab alio; hinc sequitur, causam increatam esse priorem in essendo respectu huiusmodi possibilitatis, unde per illam propositionem causalem, quae asserit, Deum esse potentem ad producendum hominem, quia homo est 2ºme possibilis, non denotatur, possibilitatem obiectivam creaturae esse causam in essendo respectu Divinae omnipotentiae

ut

ut contendit arguentum, sed tantummodo designat, ejusmodi possibilitatem esse causam in cognoscendo, seu medium ex quo necess. infert cognitio potentiæ D.æ quia repugnat quod aliquod ens sit possibile, quin contineat causatiue in pote activa 1.e causæ, quapropter quamvis ppt mutuam connexionem necess.am qua ad invicem connectunt causa increato, et creaturæ possibiles, mutua illatione inferat ex esse posse esse suorum effectus, et vice versa ex possibilitate ejusmodi effectus esse D.æ omnipotentiæ, ceterum cum arguit ab esse possibili creaturarum ad esse D.æ omnipotentiæ proceditur a causa in cognoscendo ad causam in essendo, seu ab effectu dependibili ad prius independens in essendo, quando autem vice versa ex omnipotentia deducit, creaturas esse possibiles, procedit argumentiue à causa in essendo ad effectum subiicibilem ejus causalitati, quapropter vere, et rigorosè loquendo hæc propositio creaturæ sunt possibiles quia causatiue continent in potentia D.a est vera causalitas designans causam in essendo, cui essentialiter subordinatur possibilitas creaturarum. et altera propositio qua asserit, ideo Deum esse potentem producere creaturas possibiles, quia ipsæ 2.um se sunt possibiles, tantummodo dicit causalitate logica, nimirum quatenus designat rationem obiectiuam, ex qua necess.o et infalibiliter infert Deum esse potentem ad causandum, quæ propterea logice dicitur causa in cognoscendo, licet in essendo habeat rationem effectus, nec est verum possibilitatem creaturæ possibilis esse rationem à priori D.æ omnipotentiæ, sicut impossibilitas chymeræ est ratio à priori ad denegandum Deo potentiam effectivam ipsius, quia ut supra edocuimus, Deus ex se, et ab intrinseco est potens, n. autem dicitur non potens, aut quasi impotens ad producendum suum impossibilem ratione alicujus defectus intrinsece alicujus causantis impossibilitatem obtinam rei 2.um se repugnantis, sed sola, et adequata ratio denominationis negatiuæ qua Deus denominatur non potens producere suum impossibilem est præcisa repugnantia, aut impossibilitas obtina ipsius.

Ad 2.am p. minoris distinguo minorem; nihil potest causari à Deo, quin terminet causalitatem D.æ omnipotentiæ tratione potentiali concedo maiorem, actuali, et exercita nego maiorem, et eodem modo distinguo minor, et nego consequentiam; nam et si causalitas D.æ omnipotentiæ non tendet actualiter ad creaturas relictas in statu puræ possibilitatis, potentialiter tamen est trahibilis ad illas, cum earum possibilitas consistat in potentia logica, aut non repugnantia ad existendum existentia causabili à potentia activa Dei, et consequenter sicut creaturæ actu existentes in existendo dependent ab omnipotentia actualiter operante, ita creaturæ possibiles dependent ab eadem omnipotentia, ut præcontinentis potentialiter actiue earum esse, seu tanquam à prio, cujus virtute indigent ut reducantur ad actum.

2.o

2.° potest responderi, q̄ licet esse possibile creaturum, quod ab eterno illis competit non dependeat à Deo effective, et idcirco non terminet liberam, et effectivam productionem, dependet tamen idealiter a 1.a causa, nam eatenus quaevis esse creabilis habet coherentiam praedicatorum essentialium, in qua fundat eius possibilitas, quatenus conformatur ideae, qua D.s omnipotens dirigit ad operandum, et cont. licet illud esse non dependeat effective à potentia D. dependet tamen in genere causae exemplaris, seu idealis, in qua esse, et dependentia fundat connexio essentialis, et necess.a ipsarum creaturum possibilium cum esse 1.ae causae.

Sed ut penitus evanescat vis propositi arg.ti potest aliter responderi arg.to praeali disting.do duplicem necessitatem, aliam possitivam, quae consistit in perfectione possitiva fundante negationem cuiusvis potentiae tam phisicae quam logicae ad non existendum et haec solummodo competit Deo, cum Deus ita à se, et ex se existat, ut omnino illi repugnet non existere: aliam, quae dicit necessitas negativa, aut logica, quae tantum consistit in immutabili connexione praedicatorum essentialium, cum esse hominis omnino repugnet alia combinatio praedicatorum essentialium, per quam necessitatem nullatenus tollitur potentia ad non esse existentiale; ac proinde quamvis concedat, creaturas possibiles esse eiusdem necessitatis logicae, aut obtinere cum omnipotentia D.a propter earum connexiones cum ipsa; non hinc deducit, illas esse absolute, et simpliciter equalis necessitatis cum esse Dei, cum esse Dei sit necess.um tam phisice, quam logice; esse v.o creaturae tantummodo sit necess.um logice, et non phisice.

Ad 2.am conf.m resp.r concessa maiori disting.do minorem: sed intrinseca perfectio D.i intellectus non connectit necess.o cum veritate obtinere creaturae possibilium connexione immata concedo minorem, mediata nego minorem, et contram, nam quemadmodum de facto perfectio intra D.e omnipotentiae necess. exigit eminentaliter causative continere effectus ab ipsa producibiles; ita perfectio intra D.i intellectus necess.o exigit mediante connexione D.e omnipotentiae trahi ad creaturas in ipsa causaliter contentas, cum nequeat aliqua causa comprehensive cognosci, quin explicite in illa cognoscantur eius effectus, quapropter argumentive sequeret intrinsecus defectus in intellectu D.o si eius cognitio non traheret ad esse creaturum possibilium, cum ex hoc sequeret, D.am cognitionem ergo omnipotentiam non esse comprehensivam, ac proinde quamvis D.s intellectus non connectat necess.o cum intelligibilitate obtinere creaturae connexione immata, cum eius immatum obtm sit esse intelligibile ipsius Dei, tamen intellectus D.s debet connexione mediata connecti cum possibilibus mediante, sc.lt, connexione cum omnipotentia necess.o cum illis connexa.

Ad

Ad ultimam Conf.m resp. disting.do maiorem; si causa increata conne
deret necess.o cum creaturis possibilibus, requireret cognosci quidditatiue, quin simul cogno
cerent eiusmodi creaturae 2.um rationem communem possibilis concedo maiorem. 2.um ra.o
nesa particulares, specie distinctiuas eiusmodi creaturum nego maiorem, et eodem mo
do disting. minor, et nego consequentiam, quamuis enim quidditatiue possit cognosci D.s omni
pot. absque explicita cognitione omnium creaturum, quae in ipsa causatiue continentur, nu
llo tamen pacto potest quidditatiue attingi quin cognoscat possibilitas creaturum in commu
ni 2.um quam omnes creaturae possibiles particulares sunt attingibiles causatiue à causa
increata; nec requirit ad cognitionem quidditatiuam alicuius pot. quod expli
cite attingant omnes ter.i materialit. subiecti eius causalitati, sed sufficit, ut conno
tatiue cognoscat ratio formalis communis, ratione cuius attingit reliqua, nam ut
quiditatiue cognoscat pot. vissiua non exigit ut cum ipsa cognoscant omnes, et
singuli colores 2.um suas rationes frales, quamuis huiusmodi pot. vissiua 2.um se sit
vissiua omnium colorum, sed sufficit, ut cognoscat ratio fralis vissibilius, in qua con
veniunt omnes colores, ratione cuius specificant potam vissiuam; cum igit. ter.us fralis
connexionis necessariae omnipot. D.e non sit aliqua creo particularis 2.um suam partic
ularem diffram, sed ratio communis entitatis possibilis, in qua conueniunt omnes creaturae
subiicibiles omnipot. D.e hinc sequit, ad cognitionem quidditatiuam D.e omnipot. sufficere
quod cognoscat eius connexio cum ratione communi possibilis, quamuis ad comprehen
siuam cognitionem ipsius exigat necess.o connexio explicita omnium possibilium
2.um suas diffras specificas, et particulares ut communit. docet 1. p. q. 14. et q. 25.
ex quo colligitur connexio necess.a D.e omnipot. cum collectione omnium possibili
um, si enim absolueret ab huiusmodi connexione posset comprehensiue cognos
ci, quin ullatenus necess.o traret intellectum ad cognitionem huiusmodi possi
bilium.

Ex dictis colligit. 1.o connexionem necess.am cum effectu possibili esse communem cui=
cumque causae nam quemadmodum prium effectiue causatiuam exigit effectum ab ipso effe
ctibilem, ita causa malis exigit formam ab ipsa receptibilem possibilit., et causa fralis subiectum
informabile, et sic discurrendo de reliquis speciebus causarum particularium, acproinde si
cut nequit subsistere ratio causae, quin illi correspondeat effectus sub ratione effectibilis, ita nequit da
ri subiectum potens causare malit., cui non correspondeat forma possibilit. receptibilis in eius pot.
receptiua, nec similit. potest dari forma potens fralit. causare, quin illi correspondeat sub
tum possibilit. subiicibile eius informationi, et cons.t non solum causa effectiua connectitur
necess.o cum possibilitate suorum effectuum verum etiam reliquae causae. 2.o

2°. colligit, quamlibet causam conn̄itare, ... connecti necess.° cum suo effectu non solum in actu 1°. considerata verum etiam in actu 2°. cum tamen hoc discrimine, quod causa in actu 1°. considerata debeat correspondere effectus solummodo ut possibilis, in actu vero 2°. debeat correspondere effectus actualis, seu sub existentia positus ut patet ex dictis in probat.e Cl.i

3°. colligit quod quamvis causa necess.° connectat cum possibilitate sui effectus, nulla tamen causa 2.um rationem, et reduplicationem causae dependet a suo effectu sed potius vice versa, nam causa 2.um fsalem reduplicationem causae communicat esse effectui, et idcirco nequit ab illo dependere prout habet rationem causae, et sic dant plures causae creatae, quae non solum comparant suis effectibus, ut causae, verum etiam ut effectus in alio genere, quae quidem dependent a suis effectibus prout huiusmodi effectus exercent rationem causae respectu illarum, ut patet in materia, quae et si sit causa formae ab ipsa tamen dependet, non prout causa, sed quatenus est effectus illius in alio genere causae, cum materia, et forma sibi invicem sint causae in diverso genere; et idem constat in potentiis proxime operativis, quae effective causant suos effectus, a quibus causant in genere causae finalis, cum finis, ad quem per se ordinat potentia operativa sit actus illi correspondens, quapropter et si causa reduplicative sumpta non dependeat a suo effectu, tamen specificative accepta potest dependere si sit causa causabilis a suo effectu in alio genere.

Insuper colligit, connexionem causae cum suo effectu non esse relationem transcendentalem, nam ordo transcendentalis consistit in habitudine dependentiae essalis, cum illud dicat transcendentaliter referri ad aliud, cuius entitas dependet ab ipso; sed causa 2.um rationem essalem causae est independens a suo effectu imo ipsa est terminus dependentiae ipsius effectus, et cont. illa connexio necess. qua causa connectit cum suo effectu non potest esse transcendentalis ordo.

Ultimo infert, esse possibile effectus nullatenus esse praecisam denominationem extrinsecam provenientem a p.oa activa ipsius causae, et idcirco esse possibile creaturam non est denominatio extrinseca proveniens ab omnip.oa, qua Deus potest illas producere, sed est aliquid obiectivum omnino distinctum ab ipsa, ipsique correspondens ut ratio fsalis terminandi eius causalitatem; nam quemadmodum omnip.oa Dei est productiva entis possibilis, ita intellectus D.ni est intellectivus cuiuscumque intelligibilis; sed res obiicibiles intellectui D.o non constituunt intelligibiles fsalr per p.oam intellectivam, sed per praecisam intelligibilitatem, aut veritatem

obiectivam

obiectivam illarum: quod similiter res factibiles à Deo non constituunt absolute possibiles per eius omnipotentiam, sed per possibilitatem obiectivam correspondentem eiusmodi omnipotentiæ.

Confirmatur hoc; nam ratio formalis constituens rem absolute possibilem est illud ratione cuius res constituitur obiicibilis Deo omnipotenti aut potentiæ terminativæ causalitatis illius, cum rem esse absolute possibilem nil aliud sit, quam illam esse subiicibilem suæ causæ, sed res non constituitur subiicibilis causalitati Dei per omnipotentiam qua Deus potest illam producere: quod possibilitas effectus non est denominatio extrinseca illi proveniens ratione omnipotentiæ, sed est aliquid omnino distinctum ab ipsa. Minor constat; nam res constituitur obiicibilis causalitati omnipotentiæ Dei ratione non repugnantiæ ad existendum, ideo enim homo est ens obiicibile causalitati Dei et vice versa Chymera incapax, quia homo ex se non repugnat, et Chymera è contrario dicit repugnantiam ut egregie docet D. Thomas in disputatione q. 2. de potentia art. 3. in corpore; sicut res dicuntur absolute, et simpliciter impossibiles propter discoherentiam terminorum, ratione cuius nequeunt terminare causalitatem Dei omnipotentis ita res constituuntur absolute possibiles ratione coherentiæ prædicatorum essentialium in qua fundatur eorum non repugnantia ad existendum. Ex quo patet, plusquam falsum esse, possibilitatem creaturarum possibilium præcise consistere in Dei omnipotentia. Et hæc de hac questione. =

Utrum sint relationes [illegible]

Suppono ut tanquam certum de fide in Deo dari relationes reales, quae sufficienter pluribus conciliis [illegible] D. Tho. 1a p. q. 28 art. 1. Pater in art. 1o: Deus non dicitur nisi a paternitate et filius a filiatione: si igitur paternitas et filiatio non sunt in Deo realiter, sequitur quod Deus non sit realiter Pater aut Filius, quod sonat intelligentiae trinitatis quod est haeresis Sabelliana.

Dices: deficit haec ratio: Deus dicitur realiter Dominus et tamen relatio dominii non est realiter in Deo: similiter Christus dicitur Filius Beatae Virginis, et tamen filiatio in Christo non est nisi relatio rationis, ut docet D. Tho. 3 p. q. 35 art. 5: ergo etsi relatio paternitatis non realis sit rationis tantum, denominaret realiter Patrem. — Resp. ideo denominatio a nomine relativo tunc est realis quando fundamentum est reale a quo tunc provenit denominatio etiamsi relatio sit rationis; unde licet relatio dominii in Deo et filiationis in Christo sit rationis, quia tamen fundamentum earum est reale, nempe creaturarum productio et Beatae Virginis generatio, Deus dicitur realiter Dominus et Christus realiter Filius Virginis Beatae; sed in Patre divino si paternitas non esset realis non daret reale fundamentum, quia paternitatem divinam generatio fundat, quae requirit realem distinctionem geniti a generante: cum ergo distinctio in divinis sumatur a relationibus, si istae non essent reales, nec distinctio realis inter personas divinas esse non posset; ac proinde nec realis generatio unius ab altera, quae fundat paternitatem: ergo sublata realitate relationis reale fundamentum non manet a quo possit denominari realiter Pater.

2o probatur, quia hic Sanctus D. in corpore articuli sic ab eo proponit: cum aliquid procedit a principio eiusdem naturae necesse est quod ambo, scilicet procedens et id a quo procedit, in eodem ordine conveniant, et sic oportet quod habeant reales respectus ad invicem; cum igitur processiones in divinis sint in identitate naturae, necesse est quod relationes quae sumuntur secundum processiones divinas sint relationes reales.

Tertio quia Personae divinae realiter distinguuntur, sed haec distinctio non potest esse per aliquid absolutum, quia per perfectiones absolutas toti trinitati conveniunt: ergo necessario desumi debet ab aliqua relatione reali, et sic necesse est quod ponantur in Deo aliquae relationes reales. — Confirmatur haec ratio: tamen

Personae

Personæ divinæ summa unit. ac simplicit. gaudeant, minima omnium oppositionum debent inter se opponi, ac distingui: sed oppositio relativa omnium minima est: nam illa, quæ contradictorie, aut contrarie opponuntur aut privative, sese mutuo excludunt et ab eodem subiecto expellunt; quæ autem relativa opposit. gaudent tantum absque quod sese excludant, aut expellant, quin potius ita se mutuo informant ac ponunt quod uno destructo non possit aliud subsistere: ergo in Trinit. mysterio poni debent relationes reales, quibus divinæ personæ inter se relative opponantur et realit. distinguantur.

Suppono 2.º relationem reales habere realitatem non solum ex eo, quod desumitur a fundamento, sed etiam ex suo conceptu ad: probo hanc suppositionem: 1.º conceptus ad prædicamentalis vere dictat ens reale, et accidens reale, nam sit speciale genus entis, et accidentis realis: ergo vere importat realitatem: præterea: ens reale transcendit ultimas differentias relationis: ergo ad quod est modus entis realis vere per transcendentiam importat realitatem.

Dices: ad posse sumi dupliciter: 1.º per modum ultimæ quidditatis sive quæ constituat, et distinguat subiectum in esse relati, et sic vere est realitatem importare; imo et formaliter significat; 2.º ad modum relationis, quæ tantum explicat ad terminum, et isto modo relatio non importat realitatem = sed contra est quia licet ad relative sumptum non explicet realitatem, quia solum explicat respectum purum ad terminum, tamen licet sit nullo modo explicat per ordinem ad subiectum, includit tamen implicite realitatem, si ad prædicamentale sit; nam isti duo conceptus inadæquati relationis, nempe in et ad se ad invicem transcendunt, et includunt: ergo dum conceptus relationis explicat in, implicite claudit ad, et dum explicat ad implicite claudit in: ergo etiam dum per modum relationis ad prædicamentale explicat importat realitatem.

Sed dices: relatio creata sive ultima ratio relationis non dicit ordinem ad subiectum sed ad terminum: ergo sive ultima ratio relationis non dicit aliquid reale: probo consequentiam: nihil reale est in relat. creato, quod non habeat veram rationem inhærentis et accidentis: ergo si relatio sive ultima sui ratio inhæret sive illa non erit ens reale: nam est D. Thom. 1.ª p. q. 28 art. 2 ubi dicit: relatio in eo quod inhæret habet convenire cum omnibus aliis accidentibus, sed sive ratio ultima differentialis non habet convenire, sed potius debet distingui a cæteris accidentibus: ergo sive ultima sui ratio non inhæret, neque respicit subiectum, nec terminum;

Confirmatur hoc: relationi sive ratio ad neque debet quod sit subiecto, neque debet quod sit accidens; ergo neque debet realitatem: consequentia est bona, et antecedens probatur

n non debet quod sit subiecto quo hoc est addere, et relatio est ad aliud, in qua differt accidens, quod accidens respicit subiectum et relatio respicit terminum. 3° sic. Si esse ad ut distinguit ab in [illegible] esset aliqua realitas specialis per eam [illegible] impedimentum, ne fieret in subiecto, adveniente fundamento et termino; consequens est falsum, ergo. 3°. Cuilibet entitati debet esse sibi proportionata; ergo si ad ut tale dicit entitatem, esse sibi proportionata; hoc autem nequit esse alia, nisi relativa; ergo existit relatio per esse relativum: et sic in Deo, in quo dantur plures relationes, dabuntur plures esse, quod videtur falsum, quia cum in Deo tantum detur unica natura, nequit dari nisi unica existentia.

Huic obiectioni satisfit distinguendo antecedens: relatio secundum ultimum sui rationem non dicit, id est non explicat ordinem ad subiectum, est verum: non dicit, idest non importat implicite, est falsum: ad probationem desumptam ex D. Tho. dico relationem convenire cum aliis accidentibus in eo quod secundum rationem accidentis non solum dicit habitudinem ad subiectum, sed etiam explicatam, differt tamen ab illis in eo quod illa secundum peculiarem rationem non solum includunt habitudinem ad subiectum, sed etiam illam explicant; relatio vero, si eam sibi propriam includit, verum non explicat, sed tantum implicat respectum ad terminum.

Ad 2um consequentiam dico, quod si in relatione attendamus id quod tantum explicat, inquantum est illi non debet modum subiecti, nec modum accidentis; verum si attendamus id quod implicat illud explicitum, sic relatio creata debet modum accidentis, et increata modum subiecti. Et ad 3um consequentiam nego antecedens; non enim omnia, quae distinguuntur, possunt aliis positis non poni, et illis manentibus non conservari, si adsit intrinseca, et veluti formalis connexio inter illa; et quia inter relationem, fundamentum et terminum adest intrinseca, et formalis connexio, fit inde quod etsi relatio ut talis realitate gaudeat, positis fundamento, et termino necessario resultat, et illis conservatis debet necessario conservari: exemplum verum per intellectionem productam realiter importat distinctionem ab intellectu, et tamen positio intellectu quo verum connecto de facto est non potest non poni verum, et intellectu in esse permanente non potest non permanere verum: ergo de 1° ad ultimum relatio secundum ultimum sui rationem quae est ad realiter [illegible].

Suppono 3° tanquam fidei certum, relationes quae in creaturis sunt accidentia inhaerentia subiecto, in Deo, ut sic loquar, substantificari: tum quia cum Deus sit actus purus et immutabilis, est incapax omnis formae accidentalis: tum etiam quia relationes in Deo sunt constitutivae personarum

Dissionary distinctis, relatio Dni rao sua subsito realit idemptificato
tum etiã ~~[illegible]~~ exigit summo, et in circumscriptio Dni esse immensitas, Deus
enim excelsitatem ultimo vero est ut dicit Nazianzenus orat. de
natabi Dni tanquam infinitum quoddam esse pelagus: videmus enim hanc
esse oceani proprietatem, ut omnibus fluviis, rivulorum et fontium aquas
in ipsum perenni ~~[illegible]~~ cursu fluentes in se ipsis transformet; itemque
eius amplissimus sinus subeunt pereant omnium fluminum tituli, nomen
et qualitates, et una sit maris aqua; similiter omnia, quae in creaturis
proprios et innatos habent defectus, ubi immensum hoc divinitatis pelagus
intrant, propriis statim liberata semper imperfectionibus in una, et simplicissi-
ma Dei mutant ratione, ita ut sicut docet Gregorius: apud Deum labentia
stent, mutabilia immutabiliter adsequantur, temporalia aeternitate, et ipsa
accidentia substant.

Suppono 1o tanquam de fide certum relationes et essen-
tiam Dei non distingui realiter entitative. Unde erravit Gilbertus Porretanus
referente D. Thom. 1a p. q. 28 art. 2 et q. 39 art. 1. D. Bonav. in 1o
dist. 13 art. 1, et frequenter id communiter theologi, et Vasquez disp.
120 cap. 1. asserentes Gilbertum solum distinctionem realem inter relationes et essentiam posu-
isse: sententia tamen Gilberti damnata est in Concilio Remensi sub Eugenio 3o
ubi fuit definitum tres Personas divinas esse unam essentiam Dei, et relationes ipsas
esse Deum, quod in sententia Gilberti verificari non potest: et in Concilio Lateranensi
definitur in divinis non esse quaternitatem rerum; esset autem in divinis quaternitas, si
relationes entitative realiter ab essentia differrent: in darent hic Deum absolutum realiter
realis entitative distinctum a tribus Personis inter se, et ab hoc Deo realiter dis-
tinctis: nam Concilio Florentino sess. 18 habetur: ne ipsam eandem substantiam
re non autem ratione solo ab hypostasibus et Personis differre credere videamur
facit etiam in favorem huius nostri asserti Magnus Parens Aug. 7 de Trinit.
cap. 6 ibi: non est aliud Deo esse et Personam esse sed omnino idem

Quod ipsum ratio theologica suadet plane
quia in divinis, ut inquit Boetius, omnia sunt unum ubi non obviat relatio-
nis oppositio; sed inter divinam essentiam et relationes non intercedit relationis op-
positio: cum nec essentia ad relationes, nec relationes ad essentiam referantur
ergo relationes et essentia sunt omnino idem entitative. Tum etiam: nam ens
infinitum simpliciter in lineo entis omnes realitates sibi realiter possibiles
idemptificat; sed essentia divina est ens simpliciter infinitum, et relationes

ei

ei impossibiles non sunt, neque enim sunt ab illo producti, neque causati: igitur divinitas sibi realiter identificat relationem divinam.

3° non aliàs Deitas aeterna non esset quid simplex sed compositum ex variis realitatibus; consequens est absurdum ut definit in cap. damnamus de summa trinitate: ergo et sequela: ibi est realis compositio et non simplicitas ubi est multiplicitas rerum in eodem supposito distincte existentium; sed Deitas aeterna constaret essentia et relationibus inter se realiter distinctis: ergo non esset simplex sed realiter compositum. 4°: hoc ipsum convincit ex ipso D. Thom. in arg.to sed contra. omnis res, quae non est divinum esse est creatura; sed relatio divina competit Deo: ergo si non est divinum esse erit creatura.

Unde Concilium Rhemense contra Gilbertum definiens sic ait art. 3. credimus nullas omnino res sive relationes sive proprietates, sive singularitates, sive unitates dicantur adesse Deo quae sint ab aeterno et non sint Deus; cui sententiae ipse compatris (inquit D. Bernardus serm. 80. in Cant.) Gilbertus humiliter acquiescens, tam ipse quam caetero digna reprehensione inventa proprio ore damnavit.

Sed iam videamus id in quo Gilbertus suum errorem fundabat: etenim volebat fugere errorem Arrii et Sabellii: Arrius enim cum multiplicitate personarum multiplicabat essentiam; Sabellius autem cum singularitate essentiae restringebat numerum personarum; ut ergo Gilbertus unam poneret essentiam, et tres personas, quo se duplici errori relato opponebat, posuit tres relationes extrinsecus assistere ipsi Deo; ne si idem dicerent cum Deo cogeretur vel per Dei singularitatem restringere numerum personarum vel per numerum personarum multiplicare ipsam Deitatem: convincebatur enim hoc syllogismo: quae sunt idem uni tertio sunt idem inter se; sed relationes sunt idem cum tertio nempe hoc Deo: ergo sunt idem inter se: si ergo tres personae identificantur cum hoc Deo, ratione dicendum erit vel esse tres Deos per numerum personarum vel esse unam personam per singularitatem Deitatis.

Caeterum hoc argumentum non habet tantum robur quod cogat nos errare in fide: etenim sic in eo liceat illud solvere: quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se, si illa sint absoluta et tertium est absolutum concedo maiorem; si illa sint relativa et 3um scilicet absolutum nego maiorem et concessa minori nego consequentiam: itaque quia illa maior syllogismi adducti non est vera, quia tertium est absolutum et ea quae cum illo identificantur sunt relativa; et tunc cum illa relativa non opponantur tertio absoluto non habent cur distingui ab illo; et cum realiter opponantur inter se, habent inter se realiter distingui

et

et pluri ficari et oppositos respectus, quos in suis conceptis terminus importantur ut pt. tr. motu quo non multiplicato plura sunt actio et passio, quae cum illo identificantur: et si oppositiones enim oppositi relative inter se gauderent sicut Deus Personae possent multiplicari realiter ratione entis, tamen est transcendentalis inclusa, non multiplicato manente. Unde l. adnuitur identitatem realem inter relationem divinam et essentiam non oppositum est periculo cum Arrio dividere essentiam vel cum Sabellio in singularitatem redigere Personas.

Ex quam doctrina explicari liceat verba Theodoreti, et Hylarii Arelatensis, quae in sui favore adducebat Helvetius: etenim Theodoretus dicebat sic, qui enim naturam et Personam idem esse intelligit, aut in divisionem Arrii incidet, aut in confusionem Sabellii: Hylarius autem dicebat, non est idem natura, quod res naturae: haec autem vero sunt. Si sic intelligant, qui enim naturam et Personam idem esse intelligit sic, quod non distinguit illo genere absoluti et relativi, aut in divisionem Arrii incidet, aut in confusionem Sabellii: cum ergo fides distinguat inter illa tanquam inter absolutum, et relativum, ex hoc quod asserat, realiter esse idem non incidit vel in divisionem Arrii vel in confusionem Sabellii: Hylarius etiam sic debet intelligi: non est idem natura et res naturae sic, quod non differant genere absoluti et relativi.

His igitur suppositis in hac celebri quaestione referuntur Theologorum sententiae: 1a sententia est Durandi in 1o dist. 33 q. 1 asserentis relationes divinas distinguit ab essentia distinctione modali, hoc est non tanquam res et res, sed tanquam res et modus: = 2a sententia est Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti in 1o dist. 2 q. 7 et dist. 8 q. 4 et pluribus aliis in locis, in quibus inter relationes et essentiam ponit distinctionem quandoque quandoque formalem, aut ex natura rei, et quam dicit praecedere intellectum omni modo.

3a et vero sententia refutavit essentiam et relationes nullo genere actualis distinctionis ante operationem intellectus compaudere, sed realiter habet identificari cum illis, et solum virtualiter, et ratione ratiocinatae ab illis distinguitur: hanc tenent omnes Thomistae, imo et omnes fere Theologi exceptis Scoti discipulis, qui subtilis Magistri vestigiis inhaerentes distinctionem formalem actualem seu praecedentem omnem mentis operationem inter Deum essentiam, et relationes et attributa referunt.

Sit ergo 1a conclusio contra impugnatam sententiam Durandi: inter relationes et essentiam non datur distinctio realis modalis: probatur 1o. quia si essentia et relatio aliquo modo realiter distinguuntur erit necesse dicere quod aliquo modo realiter non

sunt

sunt idem; sed hoc non potest dici: ergo neque dici poterit quod aliquomodo re-
aliter distinguuntur: loco est evidens: maior certissima et minor probatur. non in decreto flo-
rentino supra adducto habetur: ut ipsa substantia re, non autem ratione solo ab hypo-
stasibus et Personis differre credere videatur: ex quibus sic argumentor: quae
solo ratione distinguuntur: solo ratione non sunt idem; at quae aliquo modo realiter
distinguuntur plus quam solo ratione non sunt idem: ergo divina essentia et relatio
iuxta Durandum aliquo modo realiter non sunt idem, iuxta ipsum plus quam ratione
non sunt idem: ergo sententia Durandi est contra Concilii doctrinam.

2o Patres non admittunt in Deo
subiectivam quaternitatem, esto admittant quatuor relationes terminative quatuor; sed si
relationes aliquo modo realiter non sunt essentia dici debet admitti quaternitas
subiectiva: ergo: probatur minor. Hic Deus absolutus aliquo modo realiter distinguitur
subiective a tribus relationibus: ergo datur in Deo quaternitas, idest 4or res
realiter distinctae aliquo modo inter se.

Sed dices in favorem Durandi: Patres negare tantum
quaternitatem rerum, quae sunt Personae, non vero rerum realiter distinctarum: etenim ibi damnatur
illa solo quaternitas quam dabat Abbas Ioachin, et imponebat Magistro
Sententiarum: haec autem erat solo quaternitas Personarum, non vero rerum realiter disti-
nctarum = sed contra non falsum est Abbatem Ioachim imposuisse Magistro quater-
nitatem Personarum: tum quod ut constat ex contextu non damnatur solo quaternitas
Personarum: habetur enim sic: quaedam summa res est Pater, filius, et Spiritus sanctus
non quaternitas, quod quaelibet ~~illa~~ trium Personarum est illa summa res, videlicet
substantia, essentia, seu natura divina quibus ut apparet non dicit non quaternitas
Personarum, sed dicit absolute non quaternitas ut damnentur sive illi qui
ponerent sive 4or Personas, sive illi qui ponerent 4or entitates, sive 4or
modos realiter inter se distinctos.

Nec valet, si 2o dices quaternitatem proprie donare quod
simpliciter realiter distinctio non vero eorum quae solum sunt quid realiter distinguuntur
quali distinctione ponit Durandus inter essentiam et relationes: ergo non potest dici
quod ex eius sententia sequatur dari quaternitatem in divinis = non, inquam valet: nam
ideo esse divinam et relationes non distinguerentur realiter simpliciter quod relationes
divinae comparantur essentia ut quasi modi et non ut verae res, sicut sentit Durandus
at hoc est falsissimum: ergo: probatur minor. relationes divinae sunt substantiae, et
ut quasi subsistentes: insuper sunt ipsae Personae: ergo comparantur ad naturam
non ut modi incompleti, sed ut verae res: ergo si vere realiter a natura distinguantur

simpliciter

simpliciter et non secundum quid distinguuntur.

Deinde in divinis datur absoluta et simpliciter Tri-
nitas: ergo si ponatur ex alia parte hic Deus absolutus realiter distinctus a Tri-
nitate, consequenter dabitur quaternitas. Probatur consequentia quia dum ternario advenit unitas
realiter distincta fit quaternarius: ergo si Trinitati superaddatur unitas
realiter distincta fiet quaternitas. Deinde Patres negant quaternitatem, quia
quia tres Personae sunt unus Deus; ergo si ponant quod realiter distinguatur
ab hoc uno Deo erit admittenda quaternitas.

Ulterius impugno praedictam sententiam Dur-
andi, etenim in Deo nulla potest poni finitas, nec limitatio, ac per consequens nec
potest poni inter divina realis distinctio orta ex reali limitatione: ergo si ponitur
inter divina distinctio debet poni ratione relativae oppositionis; quia ex hoc du-
plici capite potest distinctio inter aliqua oriri; sed inter essentiam et relationes nulla
datur relativa oppositio: ergo inter illa nulla dabitur realis distinctio. Ulterius
essentia et relatio vere uniuntur in Persona Patris: ergo si alia realiter di-
stinguuntur inter se, vere Persona Patris erit composita ex essentia et relatione Pa-
ternitatis: hoc autem dici non potest: ergo neque dici potest Paternitatem et
essentiam realiter inter se distingui.

Si dices quod modus non facit compositionem cum re cuius
est modus; unde cum relatio divina sit modus essentiae divinae non facit compo-
sitionem cum illa. Contra primo quia relatio et natura realiter uniuntur in Patre, et
non uniuntur per identitatem: ergo per compositionem. Probatur consequentia quia compositio nihil
aliud est quam distinctorum unio. Secundo sequitur ex hac solutione An-
gelum esse simpliciter in linea subsistentiae: contra communem sententiam theologorum.
Ergo: probatur sequela. Angelus secundum hanc solutionem non est compositus ex natura et subsistentia,
et alias est expers compositionis ex materia et forma: ergo erit simplex omnino in
linea subsistentiae. Tertio Christus est Persona composita ex subsistentia Verbi, et huma-
na natura: ut docet D. Thomas 3 p. q. 2 art. 4 quem communiter sequuntur theologi, et
consentit ipse Durandus in 3 dist. 6 q. 3 et tamen haec natura humana
in ipsa subsistentia Verbi, nec subsistentia intrinseca naturae humanae, cum ex utro-
que imperfectio maxima in Verbo inferatur scilicet mutatio Verbi: ergo quod
personalitas divina sit modus naturae non intrinsecus non impedit quin ex natura
et personalitate resultet realis compositio si semel asseratur realiter modaliter
inter se distingui.

Obiicit Durandus primo: ea aliquo modo realiter inter se distin-
guuntur

distinguunt; quae aliquo modo non sunt idem realiter inter se; sed esse et Paternitas aliquo modo non sunt idem realiter inter se: ergo aliquo modo realiter inter se distinguunt: pro minor: aliquid omnino realiter est esse divinum quod aliquo modo realiter non est divina Paternitas: ergo esse et Paternitas aliquo modo realiter non sunt idem inter se. Conseq. est bona, et ant. prob. esse divinum omnino realiter est filiatio: sed Paternitas divina aliquo modo realiter non est filiatio, quia filiatio et Paternitas realiter inter se distinguuntur: igitur esse divinum aliquid est omnino realiter quod aliquo modo realiter non est Paternitas.

Huic arg.o quod videre non facile est, ut clariorem solutionem adhibeam, nego minorem, ad probationem nego ant.; ad probationem distinguo minorem: sed Paternitas divina aliquo modo realiter non est filiatio ratione essentiae divinae nego minorem; comparative ad filiationem concedo minorem; et distinguo conseq.: quod non est Paternitas ratione essentiae nego conseq.; quod non est Paternitas ratione comparationis ad filiationem concedo conseq.: itaque cum Paternitas divina non opponatur realiter cum esse divino est ipsum esse divinum, et ratione essentiae est omne id, seu realiter idem cum omnibus cum quo est idem realiter ipsum esse divinum, hoc autem est realiter tota Trinitas, et sic Paternitas ratione essentiae divinae realiter est tota Trinitas: unde realiter nihil est esse divinum quod realiter ratione essentiae non sit Paternitas divina.

Sed instabis: esse divinum omnibus modis est ipsa filiatio divina sic quod ex nullo capite habeat non esse idem cum illa; at Paternitas licet ratione essentiae divinae sit filiatio divina, tamen ex alio capite realiter distinguitur ab illa: ergo iam esse divinum est omnibus modis realiter aliquid quod ex omni capite realiter non sit Paternitas divina = Ad hoc distinguo ant.: tamen ex alio capite realiter distinguitur ab illa, ab illa prout immediate respicitur: concedo ant., et ab illa identice, et ratione essentiae divinae nego ant.: et eodem modo distinguo conseq.: itaque etiam Paternitas divina prout immediate refertur ad filiationem realiter non sit filiatio, tamen nihil est in filiatione quod ratione essentiae divinae non sit Paternitas, et sic non sequitur quod Paternitas et filiatio non sint omnino idem realiter.

Obiicit 2o Durandus: esse divinum realiter est in supposito Patris, filiatio autem divina non est in supposito Patris: ergo realiter filiatio et esse divinum non sunt omnino realiter idem: conseq. videtur bona, et ant. quoad 1am partem verissimum; et quoad 2am prob.: si filiatio esset realiter in supposito Patris inde sequeretur quod sicut Pater est Deus a Deitate existente realiter in illo, ita esset realiter filius a filiatione realiter existente in supposito Patris, at hoc non potest dici ergo nec dici potest quod filiatio sit realiter in Patre.

Ad hoc distinguo

Ad hoc distinguendo: quod filiatio autem non est in Patre ut explicat oppositum cum Patre secundum aliquam rationem eius quod est. Cum essentia vero neque aliquid et cognitio filiatio namque quia est ad Patrem immediate non est formaliter Patre; sed dum filiatio est idem cum natura divina ratione identitatis realis omnimodae, quam habet cum illo, est in Patre quia sic enim non opponitur Patri, sicut nec ipsa essentia divina ratione cuius est in Patre.

Sit 2º dicendum. pro impugnatione Scoti: inter relationem et essentiam non adest distinctio aliqua actualis ante opus intellectus, quae sit formalis, sive ex natura rei: haec dicitur est expresso D. Thom. 1º p. q. 28 art. 2. et de potentia art. 2. et in 1º dist. 33 q. 1 art. 1. Quodlib. 6. art. 1. et ducitur ex Concilio Lateranensi, ut habetur in cap. damnamus ubi dicit; sed quod est Pater est Filius et Spiritus Sanctus idem omnino: quod verum omnino nequit exacte intelligi praecise si formalis ante opus intellectus relationem distinguere ab essentia; et in Concilio Florentino sess. 2 quod dicit: ne identitatem, distinctionem quae divinae saluti distribuere, ac ipsam eandem utrique re, non autem sola ratione ab hys ponere, qui hys seu Personis differre, crederentur videamur: ergo Personae divinae relationes re sed tantum ratione ante opus intellectus distinguuntur ab essentia divina.

Sed dicunt Scotistae nomine distinctionis rationis intelligi a Concilio eam, quam intellectus efformat, non eam quae reperitur inter quidditates formaliter distinctas: unde ratio ibi accipitur pro quidditate ex natura rei, non pro ente rationis, quod intellectus efformat. Contra sic: haec interpretatio vana redditur ex ipso text. Concilii in sess. 18. paulo post initium, ubi habet: divinae substantiae et Personae re quidem sunt idem, sunt autem modo intentionis ut differre videntur. et sess. 19 sola ratione, ac intelligentia differre creduntur: ergo Concilium nomine distinctionis rationis non accipit distinctionem, quae est inter duas res, hoc est, quidditates, sed accipit eam quam intellectus noster, quam nos dicimus, efformat. Alii Scotistae respondent: Concilium ibi non procedere definitive, sed solum disputative. Sed hoc etiam similiter dici probat modus loquendi Concilii sola ratione et intelligentia differre creduntur: ex quibus sic: Personae sola ratione, et intelligentia, differre creduntur: ergo indicat Concilium quod relatio, et essentia sola ratione ac intelligentia distinguuntur.

Ratio est. dicendum: inter essentiam et relationem ante opus intellectus non datur distinctio realis: ergo ante opus intellectus non datur inter illa distinctio actualis

aliqua

ang est Scoto, quae non antec. sicut Quaratus hanc distinctionem appellavit realem, sed dicit mediam inter realem et rationis, nempe formalem, seu ex natura rei; Contra autem est quia omne ens in actu independens a ratione considerante est ens reale ergo si haec distinctio ante opus intellectus existens in actu erit ens reale: sed si non sit ens reale non erit ens actu habens esse independens a ratione; explico hoc: illa distinctio ante opus intellectus habet esse extra causas, seu existens habet in esse extra causas ab intellectu considerante; si hoc secundum erit ens rationis, si primum erit ens reale: neque enim datur quae aliquid inventum est extra causas existens rerum sine existentia reali et sine existentia rationis.

Sed dicunt Scotistae quod si ens accipiatur pro eo quod est, id est quod nihil habet esse, nisi vel reale, vel rationis, sic non datur medium; aut accipiatur pro quidditate, seu natura solitaria, distinctio autem quae habet inter essentiam et relationes non est inter rem et rem, sed inter formalitatem et formalitatem ejusdem rei, unde erit media inter realem et rationis. = Contra omne ens quod est in actu existens sive sit res, sive formalitas est ens reale ergo si haec distinctio actualis formalitatis actu existit, erit ens reale actu; sed si non est ens reale, non erit actu existens; probo antecedens omne ens divinum actu existens sive sit res sive formalitas actu existit ex se ipso Dei; ergo erit ens reale simpliciter.

Secundo probo et impugno doctrinam Scoti: Divinitas est ens summe simplex, et nullo modo compositum, sed hoc ipso quod inter essentiam et relationes ponatur hujusmodi actualis distinctio ante opus intellectus non erit summe simplex, et nullo modo compositum; ergo non est ponenda realis actualis distinctio: major patet. Scotistae et probatur minor probo: hoc ipso quod admittatur realis actualis distinctio debet admitti actualis compositio ante opus intellectus ergo non erit divinitas ens simplex et summe simplex: probo antecedens compositio est distinctorum unio: sed in Patre datur vere unio inter essentiam et Paternitatem: ergo si haec ante opus intellectus actualiter distinguuntur dabitur distinctorum unio, et per consequens Pater vere componetur ex essentia et Paternitate.

Respondent Scotistae non quamcumque unionem distinctorum esse compositionem, sed solum illam, in qua distincta se habent invicem per modum potentiae et actus; cum quia essentia et Paternitas inter se non sic comparentur, non sequitur quod unio earum in Patre sit compositio. = Sed contra quia non omnis compositio fit ex partibus unitis per modum potentiae et actus; ergo nullo est solutio. probo antecedens 1o. quia conti-

nuum

numerus componitur ex varijs partibus quantitatis, et tamen istae partes non uniunt ut potentia et actus: ergo: 2°: extrema quae secundum Concilium et PP. est persona composita ex tum extremo, quae uniunt in illo non comparantur ut potentia et actus ergo. 3° instatur: esse et Paternitas ex quibus Pater coalescit, vel uniunt per se in Patre, vel per accidens, si hoc 2um, Pater erit acervus formalitatis; si 1um faciunt unum per se: ergo uniunt per modum potentiae et actus. praeterea esse actualiter distincto a relatione nequit de ipso formaliter actualiter dare totum id quod formaliter tribuunt esse et relatio: ergo esse formaliter actualiter erit perfectibile per relationem, et sic erit ut potentia ad relatum: ergo dabitur in Deo potentia et actus; ac per compositio.

Praeterea: tum Concilium et PP. asserunt Deum esse summe simplicem, debemus nam fateri de illo illam summam simplicitatem, quam possumus indicamus; id summa simplicitas per denegationem formalis relationis cum esse indicat possumus; igitur haec debet Deo dedi: haec excludit etiam distinctionem actualem quamvis formalitatum ante opus intellectus; ergo maior est certa: et minor probatur: quia sicut Deus est summe infinitus in lineo entis realis, habemus quod divinitas sic sit summa res, quod non sit distinctio realis inter esse et relationem: ergo quia Divinitas est infinita in linea quidditatis et formalitatis debemus dicere sic esse unum formaliter, quod non sit distinctio formalis actualis inter esse et relationem.

Id dicitur esse non est infinita simpliciter in ratione quidditatis et rationis formalis, sed solum esse infinitum in ratione quidditatis realis id est intra lineam naturae per se subsistentis, et sic nequit formaliter identificari cum ratione formali relationis. Id dicitur est ut infinitas quae convenit naturae Dei in ratione entis realis non solum est infinita intra ordinem rei, quae extoriae, sed etiam est infinitas comprehendens totum ordinem realitatis divinae: ergo infinitas formalis quae illi convenit non restringitur intra lineam naturae subsistentis, sed etiam intra lineam divinae formalitatis. Sane, vellem scire quare infinitas, et illimitatio applicata realitati facit in Deo unam etiam simplicissimam entitatem realem et applicata eodem infinitas sicut naturae, et formalitati non faciet in Deo unam simplicissimam sicut naturae, et formalitatis: praeterea dicitur cum Scoto rationem huius causam esse, quod realitas convenit ab ipsa actu essendi realiter, cum quae in Deo dentur tantum unico, datur tantum unicus modus essendi realiter et sic datur est unico simplicissimo res tantum: ratio autem et quidditas, et ratio formalis desumuntur ex praedicatis quidditativis, quae nobis innotescunt per definitionem eorum; cum quae autem

ergo

inter dent distinctas diffinitiones de formalitatibus divinis, dent similiter praeterea quae alium ~~imperfectum~~ oppositas de eadem formalitate nequeunt verificari hinc fit, quod dent in Deo varias quidditates et rationes formales. haec autem est causa potissima ratio Scoti est.

Ad 2um illa obstat: et in 1o non bene assignat Scotus unitatis rei realitatem per hoc omnia divina unico indivisibili actu actuent: etenim in nobis materia, et forma unico actu actuant, nempe actu composito, et tamen materia et forma diversas realitates sunt: ergo: item super compositum divinum constat ex rebus diversis, et tamen unico actu actuant omnia quae compositum continet: ergo falsum est dicere in Deo esse unicam realitatem, quia unico actu omnia divina actuant.

Deinde impugno: non inquiro cur infinitas et illimitatio applicata realitati distinguit divinitatem in esse unius solius ~~formalitatis~~ realitatis; et applicata formalitati non distinguit unam formalitatem, quae infinita quae si diffiniatur sicuti est in se unicam tantum definitionem deffiniatur? cum quaestio non satis fit per eo, quae respondet Scotus: non thomistae cum D. Tho. sicut divinitati unam tantum dant essentiam, ita illi unam tantum assignant definitionem, si id quod est in se divinitatis diffiniatur, et solum assignant varias diffinitiones rebus divinis, tamen quod inadaequate et imperfecte a nobis pro hoc statu concipiunt et exprimunt nominibus tantum inadaequate divinitatem significantibus ut colligi potest ex his, quae [illegible] 1a parte q. 28 art. 2 ad 2. loquitur: in Deo autem non est alia res quam una et eadem, quae non perfecte exprimitur relationis nomine, quasi sub significatione eius nostra apprehensio; dictum est enim supra cum de divinis rebus ageretur quod plus continet in perfectione divina esse, quam aliquo nomine significari possit, unde non sequitur quod in Deo praeter relationem sit aliquid aliud in re sed sit solum consideratum nostra ratione.

Praeterea quod de divinis varias assignamus definitiones non probat ante opus intellectus dari plures formalitates, quae ante opus [illegible] plures, [illegible] plures, non de definitionibus non sunt de rebus ut [illegible] definimus enim, et nominamus divina, sicut ea concipimus, quod autem in nostro [illegible] imperfectionis nequit unico conceptu divina adaequate apprehendere varios de divinis conceptus facit varia nomina divinis imponunt, et varias de divinis [illegible] intellectus definitiones efformat. unde ex multis pluribus definitionibus non infertur ante opus intellectus multiplex formalitas in divinis.

3o quod dicit formalitates esse in Deo [illegible] ex divino habitu

quam

quae sit divino formaliter realitatis in creaturis; sed quod realitas in Deo formaliter divina est non datur ante opus intellectus nisi una omnino, et simplex realitas: ergo quod esse in Deo est divina formaliter realitas ante opus intellectus tantum erit una: probo maiorem huius discursus: nam formalitas esse in Deo est formaliter eius: ergo vel divinum vel creatum. Dices huic rationi praedicatum divinitatis applicatum realitati facere quod realitas in Deo sit una omnino simplex; quod realitas ex se et natura sua non limitatur: applicatum autem esse non reddit esse omnino unum quod esse ex ipsa rei natura limitatur etiam in Deo: in iustitia enim ex se ita est iustitia, quod non sit formaliter misericordia, cum enim alia sint praedicata iustitiae, et alia praedicata misericordiae, ex hoc quod est iustitia divina tantum infero quod habeat intra omnem rationem de linea iustitiae, non vero fieri potest quod habeat sit misericordia, quod ad praedicata misericordiae pervenire non valet. Sed contra est: in creatis res non solum sunt limitatae quoad esse, sed etiam quoad entitatem et realitatem et tamen realitas quod divina sit exuitur ab omni limitatione quod non admittunt in Deo ante opus intellectus duas realitates actu distinctas: ergo pariter esse quod divinum sit exuitur ab omni limitatione quod ante opus intellectus non dentur in Deo duo esse, quae sint actu distincta.

Sit 3° dico per nostra dici in relationem, et esse adesse distinctionem rationis ratiocinatae cum fundamento in re; pro cuius intelligentia adverto quod licet Deus sit summe simplex formaliter, est tamen multiplex virtualiter, quod omnes perfectiones quae in creaturis inveniuntur dispersae ob earum limitationem, in Deo intime unitae adunatae ob sui infinitatem: ex quo sequitur quod cum intellectus noster pro hoc statu Deum non cognoscat adaequate, et sicuti est in se, sed tantum illum cognoscat connotative ad perfectiones creaturarum; nam illum ut multiplicem cognoscit, non quod assignet signata Dei esse multiplicia, sed quod diversos conceptus formando de Deo in Dei notitiam venit; ex quo etiam sequitur quod vario nomine ei imponat; et sic appellat eum sapientem, iustum, bonum cum tamen ista tria in Deo non sint realiter talia, sed eminenter continens ista talia, cum quae in creaturis non distinguatur a relationibus alio nomine utitur ad exprimenda relativa Dei, et alio nomine utitur ad exprimendum Dei naturam absolutam praebente ad hoc fundamentum eminentia divinitatis, quae cum plura diversa contineat, multiplex est virtualiter. Hoc ergo suppositio.

Probatur nostra conclusio: nam intellectus noster distinctum definit definitionem divinae naturae ab ea, quam definit divinae relationis. De illa enim dicit, quod sit absoluta, de relatione quod sit ad aliud: intelligit Deum intelligendo distincta, imo opposita praedicata ipso tribuit: nimirum quod natura divina Pater Filio communicet, non vero idem concedat esse Paternitatem: ergo cum hoc sit multiplicitas Deus

intelligendo

intelligendi Deum nos ab eminentiali continentia plurium perfectionum
Deo convenientium, inter rationes et relationes distinctionem actualem ratio facit cum fundam
ento in re, quae dicitur distinctio rationis ratiocinatae.

Nego ad tribuendum Deo oppositum praedicatum suffi-
cere unum modum imperfectum concipiendi; cum quia hic solum inferat distinctionem rationis ratio-
cinantis, hoc sufficit ad omnia praedicata; probatur assumptum. Nam de Deo affirmamus
hanc propositionem Deus generat, et de Deitate dicimus Deitas non generat, quae praedicata opposita
sunt; et tamen Deus et Deitas solum differunt distinctione rationis ratiocinantis, quae in solo
modo imperfecto intelligendi Deum fundatur: ergo ad assignandum Deo opposita praedicata
non requiritur distinctio rationis ratiocinatae, sed rationis ratiocinantis.

Sed dico quod non licet ad attribuendum
Deo opposita praedicata, quorum oppositio solum nascitur ex diverso modo intelligendi
quo noster intellectus Deum intelligit sufficiat distinctio rationis ratiocinantis; ad attribuen-
dum tamen Deo opposita praedicata, quorum oppositio fundatur in oppositis perfectionibus
solo distinctio rationis ratiocinantis non sufficit; sed quod esse divinum sit tantum ad se
et Paternitas sit ad aliud, quod Paternitas esse communicet filio et non communicet Pater-
nitatem, sunt praedicata quorum oppositio originatur ex oppositis perfectionibus, nem-
pe in absoluto et relativo: ergo ad illa attribuenda Deo non sufficiet distinctio rationis
ratiocinantis, sed requiritur distinctio rationis ratiocinatae.

Illustratur haec: ratio est quia affirmatur
de Deo quod generet, et negetur de Deitate quod generet, ea tamen est quod cum profero
Deus, significo Deum in concreto, cui positive convenit in aliquo suo supposito gen-
erare; cum autem dico Deitas, significo ipsum Deum in abstracto, cui repug-
nat generare, eo quod generare tantum convenit habenti Deitatem: Deitas autem
tantum dicitur Deitatem habere: scimus enim ex creatis quod actiones tantum
sunt suppositorum, et non formarum; unde oppositio quae invenitur inter haec praedicata gene-
rare et non generare tantum fundatur in distincto modo intelligendi Deum, nempe
scilicet per modum concreti, vel per modum abstracti, et sic distinctio quae invenitur
inter Deum et Deitatem solum est nostro modo intelligendi diverso. Secus quod non
dicatur ad se, et non ad aliud; et Paternitas dicatur ad aliud et non ad se; quod divina esse
communicet filio, et non Paternitas, quod hoc oritur quod ratio sit absolutum Dei, et Paternitas relativum;
ergo attributio horum praedicatorum inter se habentium oppositionem requirit distinctionem rationis
ratiocinatae fundatam in eminentiali continentia diversarum perfectionum.

arguitur 1°

arguit 1° in favor Sent. Nom. quia in concilio florentino definit. Patrem quicquid est dedisse filio praeter Paternitatem seu esse Patrem; et in lateranen. definit Trinitatem non esse substantiam indistinctam esse, et solum multiplicari Personale distinctum: ita definit essentiam non generantem nec genitam esse: sed ad verificandas istas locutiones non sufficit distinctio per nostrum conceptum: ergo requirit quod inter essentiam et relationem mediet ante opus intellectus aliqua distinctio actualis: probo minorem: quia istae locutiones a parte rei sunt verae: ergo requirunt aliquam distinctionem a parte rei ratione cuius verificentur.

